sus extitisset: et hec traianus arti magice deputaret: dorsum eius iustit vincinis ferreis lacerari vsqz ad ossum denudationē: deinde plagas eius sale perfundi. Sicqz duduſ cruciatū ſ patientiſ ſime ſuplicia tolerante vinculis ferreis in cipo po fecit alligari: et in uno carceris tenebroſi faſme et ſiti per triduum cruciarī: et post triduum decreuit deuorandi bestiis ſubjici. Tertio igit die imperator et ſenatus oīsqz populus conuererūt vide ſe eph̄ antiochenū cum bestiis pugnatū. Qui imperator expositos duos leones ferociſſimos laxari fecipit. Quos ille prouocabat ut ad ſe deuorandum accederet: miratibus cunctis et ipo imperatore constantiā vi. Accurrentes ergo duo ſeu leones ipm tantum pſocauerint: carnes aut eius quā famelici nullatenus tetigerūt. Traianus aut hoc vidēs admiratus diſceſſit: precipiēs ut nō prohberet: si q̄s velleſ tollere corpū eius. Quod xpiani auferētes honorifice coniderunt. Cum aut traianus quasdam lfas a pſecto orientis recepiſſet: in quib⁹ xpianos quos impator occidi iuſterat plurimi cōmendabat: doluit de his que ignati intulerat: fecipit ut null⁹ xpian⁹ decete ro iuqueret: si quis tñ occurreret punireſ. Legitur quoqz cū beatus ignatius inter tot tormenta nūq ab invocatione noīs Iefu xp̄i ceſſaret: et tortores requirerent: cur hoc nomen torties, replicas ret. Respondebit ipsum nomen ſe cordi inſcriptū habere: et ideo ab eius invocatione ceſſare non poſſe. Post cuius mortē quidā qui hoc audierant curiosus experiri volentes: cor eius a corpore enelunt: et illud ſcindētes per mediū: lfas aureis ſcriptū ſuenerūt: iefus xp̄s: quo viſo miraculo plurimi crediderūt. Poſſus est aut̄ haken. februa. xij. traiani anuo. Hic quatuor ſcripſit epiftolas in fide exhortatorias. Ad ephesios p̄imā. Ad magnesianos ſcdam. Ad traon̄. tertia. Ad romanos quartā. Quas ſcripſit apud ſmynam dum romā vincitus duceretur. Inde diſcedens ſcripſit ad p̄phi laſelphenos aliam: et ultimam ad ſmyneos: et p̄cipue ad polſcarpum ſmyne eph̄: vbi de refuſione domini elegās perhibet testimonium. Dec Hieronymus de viris illuſtribus.

De sancto Seuero epo. **Lap. lxxv.**



Seuerus rauēne ciuitatis: decimus tertius a ſctō apollinare claruit: qui ex eadem ciuitate obscure natuſ pauperē vitā labore manu deducens cū vrore vincens et filia innocētia lanifici ope re ſumptuſ quotidianos carpebat. Cum aut ex conſuetudine oēs epifcoi rauennates p columbam celestem ad ſacerdotium eligerent: et ſam. xii. poſt sanctum apollinare eo modo eleceti fuissent: et ad tantū miraculum multi confluarent: contigit rauennatēm eccleſiam paſtoze proprio viduari. Et cum multi epifcoporum finitimi conuenirent ad orationē non ad electionē faciēdā: multitudiōqz populi: ut dictum eſt: ad hoc concurriſſet: ſeuerus vro: licentiam petiſt ad ec

cleſiam eundi: et colubē miraculū ſpectandi: vro vero ipm redarguens: reſpondebat q̄ talis viſio ad eum non pertinebat: ſed potius ad laborez ſe deret et ocio non vacaret. Siue enim iret: ſiue non iret: ipſum eph̄ non eligerent. Cum autem ſeu eſrus impotune iſtarety inſentia quaſi ironice ei dem ut iret prophetauit: q̄r qua hora illuc perueniret: eph̄ fieret. Clemens ergo ſeu erus ad eccliam et iordidis induitus inter ceteros apparetur nō audiens: poſt valias ecclie latitabat: et colubē aduentu cū ceteris expectabat. Que oratione epifcoporum completa per fenestrā ſolitam in gredienſ: et ecclia circumvolans ſuper caput ſe ueri latitatis reſedit. Qui dum territus eam a ſe repelleret et illa iterum dudum per aera volitas ſet iterum ad ſeu erum redit et in eius vertice reſedit ac requieuit. Qui ſtatiu ab epifcopis et populo electus quā ſuis renitens in cathedra collocaatur et epifcopus conſecrat. Et dum eſtet idio ta et litterarli ignarus: diuina inspiratio exēplo apostolorū ſacris litteris repente imbutus: non ſolli diuina mysteria pōtificis officia exercebat: ſed etiā ſdicatoſ fact: populi ſuſ ſalutifer ſer monē docebat. Adeo ut cunctis in miraculū proderet q̄ lanifer et idiota: tā ſubita mutatione docto eximius factus eſſet. Qui vite ſue ſanctitate multis exemplo proficiebat: et plurimi miracu liſ comiſſabat. Hic per ſpirituſ raptus dñi miſſam celebraueret: ex equis ſancti geminiani epifco pi mutineñ. interſuit: eiusqz corpus moe pontifi cum tumulū ſepeſt: et rediēs ad corpus miſſam com pleuit: ut dictum eſt plenius ſuperius in legenda ſancti. Geminiani. iij. haken. februarij. Dic etiam ſanctum heracleanum pſaurien. epifcopum entriuit: et ad pontificatiū ipſius vrbis promouit vrorem quoqz eius vincentiā defunctā in proprio tumulo ſepeliuit. Poſt aliquod tfs: duz filia eius innocētia virgo dī implorata extremit: et eiusdē ſeu erus exequias celebraſſet: corpusqz filie iuxta matrem ponere decreuifſet: aperto ſe pulchro apparuit locus in tantū exiguis q̄ cor pus filie ibidē nullatenus poterat collocari. Tūc eph̄ ad loca accessit et vro: ut loci daret filie mādauit. Et cōtinuo corpus vincentie qđ erat ſupi num in latu ſeceſſit et innocētiae filie locū dimiſit. Que ibidē cunctis ſtupentibus iuxta matrem disposita eſt. Cū aut ſeuerus iam ſento confeſetus obitū ſuum ſibi a dño revelatū preſciuiſſet populi ad ecclia ſcuocauit: et diuinis mysterijs celebratis glorioſo ſermonē plebē ſuā in dño cōfotauit. Et deinde ſibi ſepulchrū coniugis et ſi lie aperiti fecit. Ac inter ipsa duo corpora ſe me diū ſoneſ cunctiſqz vale faciens inter verba orationis in xp̄o feliciter obdoz muuit haken. februarij. vbi clauſo mausoleo ſepulcrū ſiaceſt: miracu lis et virtutib⁹ pollens: ecclia po cefiū tpi eius nomini dedicata.

De ſctō Seuero pſbyteroꝝ martyre. **Lap. lxxv.**
Seuerus pſeb
ter et marty: rauenne ortus et nu g iij



eritus ab infanthia dei timens miraculis clarere cepit. Inter que eurytiū. ciiij. anno:ii decrepitum senio visu priuatis illuminauit: vñscs aut ad v: bē romā adhuc iuuenis in valle interocrina ecclesiā in honore dei genitricis edificauit. In qua et presbyter ordinat⁹ deo multis annis devote seruuit: et pauperib⁹ seculē ministrauit. **G**l̄u aut̄ quidaꝝ paterfamilias in extremis laborans eū ad se vocari fecisset: vt sibi confiteretur: et ille in putanda nūe laboraret: nūchfsqz vt se antecederent rūdisset: et post hec aliquantū venire distulisset: ve niens ad egrotū repperit iam eū esse defunctū. Quod ille cernēs contremuit magnisqz vocibus se interfectorē illius clamare cepit. **L**iqz vehe mentissime iuxta corpus defleret: et in terra caput cōtunderet: repente qui defunctus fuerat anima recepit. Et admirantis cunctis vbi fuerit: vel quomodo reuixerit interrogatur. Qui r̄ndit: q̄ a terris hoībus flamas naribus et ore vomentib⁹ per loca obscura duecebatur: s̄ a pulcherrimis iuuenib⁹ eiusdem terris occurrentibus erēt⁹ est: qui dixerunt q̄ oportebat eū ad corpus reduci: q̄ eum dñs seueri lachrymis condonasset. **L**ui sanctus presbyter penitenti salutarem imposuit: et ipsa peracta vir ille post dies. vii. iterum obdormiuit. **D**e Gregorij p̄to dialo. c. vlti. Post hec maximianus imperator audita fama seueri eum cōprehendi fecit: et sacrificare nolentem in p̄dicta valle decollari mandauit. **L**uius animaz duo angeli in specie columbari vñs sunt ad celum de ferre. Corpus aut̄ eius apud vrbem veterem cōditum est. Passus est aut̄ kalen. februario.

De scđ Seuero p̄bo et cōfessore. Cap. lxvij.



Seuero presbyter et confessor cognomēto sulpi cius puincie aquitanie vir gene

re et litteratura nobilis epistolas ad dei amorē mundi cōtem prum exhortationis scripsit. **S**rosi sue multasq nocte sibi esse dicunt. Ad paulini nolanī episcopum scripsit duas: sed ad altos plurimos que nō vulgantur: q̄ familiaris necessitatis rem continent. **C**hronica etiā composuisse dicis. Beati martini vitam signis et miraculis illustrem exarauit. Post humani et galli collationē ante se habitam: et dialogi libos. iij. Fuit autē discipulus beati martini eiusqz sanctorum operum imitator sub maiore theodo sio. Quienit cum pace in domino. **D**e gemma diu de viris illustribus.

De scđ Pionemartyre. Cap. lxvij.



Pioni martyris:

vt habetur. iij. libro ecclesiastice hystorie: tempore antonini imperatoris: iter ceteros qui veri martyres extiterūt famosissimus fertur: qui docens et exhortans populum et in ipsis tribunalibus disputans: eos qui in persecutiōne titulabantur viriliter horitas: post signa

lorem carceris: vbi etiā multos fratrib⁹ ad tolerātiā martyris: suis exhortationib⁹ roborauit cruciatibus multis vexatis est: deinde clavis confixus candenti rogo superpositus beatū finem vi te fortius est. **L**ii quo et alij. xv. simili pena passi sunt kalendas februario.

De sancta Brigida virginē.

Cap. lxix.



Brigida virgo

claruit apud scotiā tpe primiū stni impatoris. Que xpianis et claris parentib⁹ orta a pueritia sanctitatis operibus dedita: etiam miraculo: um gloria coruscavit. **H**ec dum a matre mitteretur ad butyrum ex lacte vacca, rum congregandis: prout et alie puelle a parentibus mittebantur: et illa totum qđ collegat: pauperibus erogasset: tempore exquisito super oēs alias iuuenulas cooperarias suas butyrum appor taurit. **D**um aut̄ eam parentes nuptui trade re vellent: et ipsa pudicitia elegisset: postq in manibus episcopi cozam deo virginitatem professa est: lignum altaris tetigit: qđ in testimoniu m eius sanctitatis statim viride factum est: sic manens vñqz in presens. Quo viso miraculo stupefacti parentes eam domino commendarunt. **L**um aut̄ die quadam messores eius segetes in agro colligerent: et pluia maxima erumperet: a messo ribus suis imbrē sedauit: circumstantib⁹ qz agris pluia madefactis sola huius area siccā permane sit. **D**ie quadam cum oves pasceret imbre cadēte pannis perfusa domum redit. Et vestes made factas super solis radiuz: qui rimas intrabat secandas extendit: que quasi insolida pertica dimicatus permanerunt. **A**quā in ceruism et lapidem in salē convertit: et a natuitate cecum illuminauit. **D**rum inueniens qui ad ques comedendas venerat: in christi nomine adeo mansue fecit: vt cum quibus perpetuo quasi aries moratur: cum eis deinceps ad pastum egradiēs domumqz ipsas vti custos reducens. **D**um nouē viri in mortem conspirascent: et eos virgo christi ab intento pessimo renocare non posset: orauit ad dominum: vt nequam illozum voto resisteret. Egressis autē illis apparuit imago quedā quasi illius hominis occidendi: quam illi gladiis percutientes hominemqz peremisse putantes leti reuersi sunt. Sed dum quod illis contigerat cognoverunt compuncti ad pedes virginis procederunt: et penitentiam egerunt. Sicqz sancta virgo multis clarens virtutibus: quienit in pace kalendas februario.

De scđ Effron diacono. Cap. lxx.



Effron edesse:

ne ecclesie diaconus doctor eximus heremiticamvitā dicens: nulla necessitate de cella discessit lectiois et scripture atqz orationi semper intentus: qui ad se venientes salutari doctrina reficiebat: et libros et opuscula

De sanctis in mēse februario occur. Fo. liij.

la Syro sermone conscribebat. **D**ic est qui Basilum cesariensem episcopum in figura columnae ignis consperxit: et ab eodem ut grece loqueretur. **S**ibi domino ut impetraret obtinuit: ut habeat supra in vita sancti Basilij kalendas Ianuarij. **T**empore quodā dum famēs grauissima in omnē terrā semiret: ipse pauperum misertus alias nunq̄ egressus de cœlo exiit. **E**t ad ciuitatē venit: dimitū pre-dicans: ut indigentibus subvenirent: multas q̄ pecunias a diuitiis suscepit inter lopes dispergendas. **Q**uos in porticibus congregauit: et pecunias eisdem fideliter erogauit. **F**actaq̄ vberitate ad cellam rediit: in qua post unum mensem in dñō requieuit kalend. februarij: tempore valetis' imperatoris. **G**eputusq; facet in ecclesia edesena. **H**ic multa syro sermone cōscriptis: q̄ publice in quisbusdam ecclesijs scripta leguntur. **E**xstat liber de spiritu sancto: quem de syra lingua verit in grecā. **H**unc bth̄ hieronym⁹ legisse se dicit: et acutē ingenij illi⁹ etiā in trāstionē notasse. **I**bec ille in libro de viris illustribus.

Gde sancto paulo episcopo. **L**ap. lxxi.



Paulus epi-scop⁹ treccassin⁹ fuit: cuius vita virtutib⁹ claruit et mos preciosa miraculis celeberrimis commendatur. Qui et in christo dñō diem clausit extremum kalendas februarij: ut dicit Iodo.

Gde purificatione beate marie virginis. **L**ap. lxxii.



Ariti-catio btē marie semp virginis q̄dram gesimo die a nativitate dñi facta est: videlicet quarto non. februario. Preceperat em̄ lex Leuit. duodecimo. Ut mulier que suscepit semine filium peperisset: imunda esset septē dieb⁹ scz a cōsortio hoīm quib⁹ cōpletis mūda qdā efficiebat quoad sortiū hoīm: sed adhuc triginta trib⁹ dieb⁹ imunda erat quoad tēpli ingressum. Tandē quadragesimo die tēpli intrabat: et pueri cū munerib⁹ offerebat. Si vo. se minā pepit duplicib⁹ dies: et quoad hoīm sortiū: et dād tēpli ingressū. **I**oc aut idcirco de⁹ fecerit: ut sicut. xl. die a conceptione aia in suo tēplo corpori maris infunditur: et carnis admixtione maculatur: sic puer quadras

gesimo die iu templum materiale inducatur: templumq; ingrediēs per hostis ab ipsa carnis macula experietur. **U**el moraliter loquēdo: ut per hoc detur intelligi q̄ illi tēplū celeste intrare meretur: qui precepta decalogi cum fide quattuor euangeliorū obseruare nititur. **Q**uoniam p̄ seminam dies duplū cantur quoad templi ingressum: sicut duplū cantur quoad corporis formationē. **N**ā sicut quadraginta diebus corpus masculi organizatur: et perficitur: et in quadragesimo aia infunditur: sic corpus feminine in octuagessimo. **A**ppellatur autē hoc festum triplici noīe: scilicet purificatio: hypopanci: et candelaria. Primo enim purificatio dicitur ex eo q̄ quadragesimo die nativitatis dñi beatavirgo ad templū venit: ut fm̄ legis consuetudine mūdaretur: cum tamen sub illa lege non tenetur: q; non peperit suscepito feminine: sed mystico spirantem. Unde Moyses addit suscepito feminine: cum tamen non esset necesse quādā ad oēs mulieres: que suscepito feminine pariunt: sed ideo addidit: ut dicit Bernardus. qui timuit in matrem dñi blasphemiam irrogare. **V**oluit tamen in hoc se legi subdere propter quattuor rationes. **P**rima ratio est: ut daret humilitatis exemplū. Nam talis humilitas non solum fuit ex parte matris: sed etiā ex parte filij: qui in nativitate habuit se ut pauper homo: in circuncisione ut pauper et peccator: et seruus homo: ut pauper in eo q̄ pauperii oblationē elegit: ut peccator in eo q̄ ipse cū matre purgari voluit: ut seruus in eo q̄ fedimi decreuit. Sicut etiā prius voluerat circuncidi: et postmodū volunt baptizari: nō ppter culpā purgādā: sed ppter eius humilitatē maximā ostendendā. vnde Bernardus. Ceterā brā virgo nō est tibi opus purificatione: sed nūquid filio tuo opus erat circuncisione. Esto inter mulieres tanq̄ vna illarū: sicut et filius tuus in medio puerorum sicut vñ illorum. **S**ecunda ratio est: ut legem impleret. Non enim venerat dñs legē soluere: sed adimplere. Quā si soluisset: iudei ipsum merito repulissent: tanq̄ dissimilē patribus et legis traditiones minime obseruāt. **T**ripli autem legi se xp̄s et matrē hodie subiecit. **P**rimo legi purificationis in significatio ne virtutis: ut post p̄ oīa bene fecerimus: dicamus serui inutiles sumus. **S**ecundo legi re deptionis ad exēplū humilitatis. **T**ertio legi oblationis ad exēplū paupertatis. **T**ertia rō est: ut legē purificationis terminaret. Sicut em̄ adueniēte luce cessat tenebra: et adueniēte sole recedit ymbra: sic adueniēte purificatiōe vā: terminata ē purificatio typica

Liber

que purificatio vera christus est. Quarta ratio est: ut nos spiritualiter purificandos instrueret. Debem⁹ eñi purificari dñi templū ingrediētes: pcta nostra oblationibus et elemosynis redimētes: gemitus columbar⁹ p peccatis emitentes: et turturī pudicitā habētes. Clientens autē beata maria ad templū filii sūi obtulit et eñi quinqz scilicis redemit. Nam quedam primogenita redi mebantur: sicut primogenita duodecim tribuum que redimebantur: sed adulti in templo dño seruiebant: et sicut primogenita mundo p animalib⁹ que in sacrificio offrebatur. Quedā cōmutabantur ut primogenita asini que cōmutabantur ove. Quedā occidebantur: ut primogenita canis. Et ergo christus fuerit de tribu iuda patet p debuit redimi. Obtulerunt etiam pro eo dño par turtrum aut duos pullos columbar⁹. Nec enim erat oblatio pauperi⁹: sed agnus oblatio diutum. Et nota tres oblationes de dño factas. Prima est de ipso a parentibus. Secunda de ipso et de aib⁹. Tertiā fecit ipse in cruce p omnib⁹. Prima ostendit eius humilitate: qd dñs legis se legi subiec̄. Secunda eius paupertate: qd pauperi⁹ oblationē elegit. Tertia eius charitatem: qd se p peccatoribus tradidit. In turture autē significatur pulchri tudo castimoniae. In colubā amaritudo penitētiae. Secundo hoc festū dicitur hypopati: qd id est qd obulatio: quia Symeon et Anna obuiauerunt dño cum ad templū deferretur: et dicitur ab hypo quod est ire: et anti quod est contra. Tunc autem accepit eum Symeon in vlnis suas. Et attē de de christo mirabilem exinanitionem factā: ut ille qui est splēdox glorie et figura substātie dei: duxqz cecorum ac via se ab hoībus duci sinat: ut scilicet ille qui est portans omnia verbo virtutis sue in vlnis senis se recepi et portari permettāt: qui tamen se portantem batulabat: iuxta illud. Senex puerū portabat: puer autē seu regebat. Ut etiam ille qui est purgationē peccatorum faciens: hodie se ut peccatorē purificari nō recusat. Tunc autem Symeon benedixit ei dicens. Nisi dimittis seruū tuū dñe fm verbū tc. Et appellat eñi tribus noībus: scilicet salutare: lumen: et gloriam plebis israel. Et hoc triplicitas. Primo propter nostrā iustificationem: ut dicatur salutare remittendo culpā: lumen dando gratiam: gloria plebis sue dando gloriam. Est enim salus: qd redemptor: lux: qd doctor: gloria: qd premiator. Secundo propter huius festi triplicem denominationē: nam dicitur purificatio quo ad purgationem culpe: propter quod dicitur salutare. Dicitur candelaria quoad illuminationē gratie: ppter quod dicitur lumē. Dicitur hypopati quoad collationē glorie: propter quod dicitur gloria plebis sue. In collatione eñi gloria occurremus obuiam christo in aera: et sic semper cum dño erimus. Tertio ppter triplicis diuinū ad iūtus operationem. venit enim primo dei filius in carne ad homines salvādos: et ideo dicitur salutare. Tenuit secundo spiritus sanctus in igne ad apostolos illuminando: et ideo dicitur lumē. Tenuit tertio christus in maiestatis sede ad electos glorificandos: et ideo dicitur gloriam plebis sue.

Tertius.

Tertio hoc festum dicitur candelaria: ex eo p candele accense in manib⁹ portantur: quod ecclēsia ordinauit fieri triplici ratione. Primo eñi propter remouendam erroneam superstitionē. Romani eñi olim in calēdis februarī ad honore febrē matris martis vrbem de quinto in quintum annum cum cereis et facib⁹ tota nocte ilustrabant: vt filii suis beli eis victoram de inimicis concederet: et ad illud spaciū dicebātur lustrum. Dense etiam februario sacrificabāt febrū: id est pulsoni deo inferorum et ceteris inferis: et hoc pro animab⁹ suorum antecessorū. Et ut propiciarentur eorum solēnes hostias eis offerebant: et tota nocte cum cereis et facib⁹ vigilabant. Et quia difficile est cōsueta dimittere: christiani de gentib⁹ ad fidem conuersi difficile banc paganorum consuetudinem dimittere poterant. Ideoqz Sergius papa banc consuetudinē in melius commutauit: ut scilicet christiani ad honorem matris domini omni anno ecclesias cū cereis benedictis illustrando circumirent: ut solennitate stante intentio mutaretur. Secundo ppter ostendendum virginis sanctificationem: ne crederetur ipsam purificatione indiguisse: vt ergo ostendatur qd tota fuit luminosa et splendida: ideo luminosos cereos deferendos ordinauit ecclēsia. Adeo nanqz sanctitate deferendos ordinauit ecclēsia. Adeo nanqz sanctitate resp̄leduit: qd nō solum aliquid ad peccatum inclinatum in ea non fuit: sed etiam virtus ei⁹ sanctitatis ad alios se extendit. Ita qd etiam in alijs motus carnalis concupiscentie extinxit. Vnde dicunt indei qd cum Maria pulcherrima fuerit: a nullo tamēnq̄ potuit concupisci. Tertio propter mysticam purificationem et in capite et in membris. In capite enim candela accensa christum significat. In cero nāqz tria sunt que denotant tria que in christo fuerunt. Nam cera quam apes signunt sine commixtione significat carnem christi natam de virgine sine corruptione. Lychnium in cera latens significat animam candidissimam in carne latente. Ignis vero sive lumen significat divinitatem: qd deus noster ignis consumens est. In membris vero: quia per hoc instruimur: quomodo coram deo purificari debemus: ut scilicet habeamus fidem veram: actionem bonam: et intentiōnem rectam. Nam candela accensa est fides integrā cum operatione bona: qd sicut cera sine lumine mortua est: sic et fides sine operib⁹ mortua est. Lychniū autē in cera occultari est intētio recta in opere latens. Vnde Gregorius: sic sit fides in publico: ut recta intētio maneat in occulto.

De sancto Cornelio episcopo cenatione.

Cap. lxiiii.



Cornelius cētu
rio eps bti petri apli discipul⁹
et in baptismate fil⁹ fuit. Dic ut
dicitur Actuum. x. Cum esset ce
saream centurio pme cohortis
que dicitur italica: vir religio
sus et timens deum cum omni
domo sua faciens elemosynas
multas: et orationi insisteres licet

ad huc gentilium media die vidit manifestel angelum dei dicente sibi: qualiter eius elemosyne et orationes ad deum ascenderant: ppter quod deus ipsum salinari decreuerat mandans ut simonem petrum ad se accersiret: qui ioppe apud symonem coartarii hospitabatur qui eum viam veritatis edoceret. Qui confessim nuncios ad petrum misit. Eademque hora qua illi ad hospitiu petri peruererant: dum petrus in superiora domus circa horam sextam oraret in extasi raptus vidit lintheum quattuor: funibus de celo missum cunctis animantibus plenum voce ad eum delapsa: ut ex ipsis occideret et manducaret. Qui cum nullatenus se immunda posse comedere diceret: audiuit secundo que deus purificauerat minime immunda reputanda. Cumque descendens a nuncio causam itineris audisset: et visione intellexisset quod etiam deus gentilitate immunda ad fidem susciperet: divinitus admonitus cum illis accessit: quem Cornelius denote suscepit: et eorum vterque mutuo sua visione exposuit. Cum autem petrus coram centurione et eius attinentibus et amicis ibi dem congregatis christum predicaret: spiritus sanctus super illos nondum baptizatos descendit: et ceperunt loqui linguis et magnificare christum. Quos oes beatus apostolus baptizauit. Deinde cornelius militie abrenicians discipulus apostolorum efficeret: et ab eiusdem episcopis cesaree ordinatus. Qui apud eandem urbem officio predicationis fideliter peracto sanctitate conspicuus ad christum migravit. Ibique sepultus quietuit. Iii. nonas februarii.

De sancto apronianu martyre. Cap. lxxiiii.



Apronianus' marty
tus passus est rome sub maximiano imperatore et Laodicio prefecto. Cum enim laodicius fistinum diaconem in carcere detebat. xvii. dominum invenisse: ut dictum est in passione saturnini. iiii. kalen. decemb. et post hec prefectus dominus sibi presentari iussisset: dominus apronianus qui erat commentarius. fistinum de carcere eduxisset: subito lux de celo facta est: et vox de luce exiuit dicens: venite benedicti patris mei. Et quod aprianus videns creditit: et ad pedes fistini procedit baptismum petens. Quem fistinus mox vnde sacra perfudit: et ad marcellum papam deduxit: qui ipsum sacro chrismate delinuit et comunicauit: et inquit: cum fistino ad prefectum. Quem cum de crudelitate qua in christianos seuebat argueret: et se christiani affligeret: iubente prefecto via salaria militario secundo ductus ibique capite truncatus est: et a iohanne presbytero in ipso loco sepultus quartio nonas februarii.

De sanctis septem mulieribus martyribus. Cap. lxxv.



Septem sancte
mulieres martyres que in passione sancte blasii leguntur apud sebasten ciuitatem pastore sunt sub agricolao preside: que ab eodem scoto episcopo in fide fuerat edo-

cte. Cum autem sanctus multa percessis supplicia iussu presidis ad carcere duceretur: sancte femme eum insequentes: guttas sanguinis eius de corpore fluentes in lintheis colligebant: ppter quod ab apparitoribus tente sunt et presidi presentatae. Qui iussit eas ad montis superclivis lacui supereminenter adduci: data sententia: ut si non adoraret statu ionis illuc delatam in lacu precipitarentur. Que cum idolum in lacum proiecissent: dicentes ut deus est seipsum iuaret: a ministris ad preside reducuntur. Qui fecit illas sup. vii. era sub sella igne candentia federe ut in posteriorib[us] ueterentur. Quibus angelus domini apparuit: et eas intactas ab igne conservauit. Deinde in equuleo leuata regnibus et pectinibus ferreis carnes earum disrupte sunt. Tunc duo pueri filii unius ex illis matre accederent: postulabant se fieri christianos. Quos iussit agricolaus una cum sancto Blasio in carcere mancipari. Sanctas vero mulieres die sequenti mandauit in caminu ignis accensum immitti. Que dum in medio flamarum ille se psallerent: et hec ministri presidi retulissent: iussu eiusdem extra ciuitatem educte datoque sibi iuncte pacis osculo decollate sunt. Quarum animas carnibus omnes viderunt in specie septem virginum viri de thalamo prodecentium ad celum concendi coronatas. Corpora vero a christianis noctu sublata in eodem loco sepulta sunt. Passe sunt autem quarto nonas februarii.

De sancto Blasio episcopo et martyre. Cap. lxxvi.

Blaesi episco
pus et martyris sub persecutione Diocletiani passus est in ciuitate sebasten. prouincie cappadoccie. Qui cum omnibus sanctitate polleret: electus est a christianis in ipsius episcopum ciuitatis: virgine vero persecutione christianos speluncarum montis peti: et ibi heremiticam vitam duxit. Qui aues paululum afferabant: et fere ad eum uanamente constituebant. Quicunque vero ad ipsum accessissent egroti sanitatem ad libitum reportabant. Cum autem agricolaus preses christianos affligeret: et die quadam milites venatum mississet: illis hincinde discurrentes inuanum teaderent ante antrum sancti ferarum multitudinem inuenirunt: nam capere valentes presidi retulerunt: et qualiter blasius christianorum episcopus in specie lateret: et oes ad se feras magicis artibus cogegaret. Quem iussit comprehendere sibi presentari. In ipsa autem nocte Christus sibi ter apparuit: monens ut sibi sacrificium offerret. Qui surgens intellexit se christo per martyrium immolandum: et celebrata missa cum militibus ad iudicem profectus est. Cum multi languentes occurserunt: et ab eo diversarum eritudinum salutem percepissent. Quem milites iussu presidis usque in crastinum in custodia recluserunt. Eodem die quedam mulier filium suum morientem in cuius gutture os pisces transuersum erat ad pedes eius cum lachrymis obtulit: quem sanctus oratione sua mox sanauit. Orauitque ad dominum pro cunctis se invocantibus gutturis

Liber

passionem aliquam sustinentibus; et audiuimus vocē
se fore a dōno exauditum. **Q**Sequenti yō die p̄est
di presentatus, cum ioui sacrificare renuisset: di-
cens eū fuisse hominē sacrilegū et dānatū: fustio-
bus grauius c̄esus est. Deinde in carcere redu-
ctus. Tunc vīdū paupercula venit ad eū cōque-
rens lupum vniq̄ sibi p̄ ocellum rapuisse. Lui cō-
patiens sanctus orauit: et lupus porcum reporta-
uit: mox illa dum rediens et suēm reperiens eum
occidit: sanctoq̄ viro partē cōcta cum pane et can-
dela obtulit: illeq̄ refect⁹ deo gratias egit. Post
aliquot vero dies iterum de carcere educitur: et sa-
crificare nolens in ligno suspenditur: et vnguis
ac pectenibus ferreis laniatur. Iteratoq̄ deposi-
tus ergastulo durissimo mancipatur: quē sancte
septē mulieres subsecute sunt: ut supia proxime
dictum est. Dum autē in custodia teneretur: duo
pueri filii vnius ex prefatis septem feminis pe-
tentis se fieri christianos: in eodem carcere re-
cluduntur: quos blasphemis in fide xp̄i docuit: at sacri
baptismatis vnda perfudit. Post hec autem ite-
rum conspectui presidis presentatur. Et dum in
xp̄i confessione perseveraret iubete agricultorū li-
gato ad colum eius saxo in lacum precipitatur.
Ipse vero aquā signavit: et mox sicut arida terra
permansit. Ad quem sup aquas stantem dum mi-
litēs lxx. accedere vellent: ut eum in profundum
demergeret: subito vt aquas intrauerūt: submersi
nusq̄ cōparuerunt. Angelus autē dñi deduxit eū
ad terram. Quia militibus ante presidem addu-
ctus iussus est ab eo cum duobus pueris quos in
carcere baptizauerat decollari. Ductus ergo ad lo-
cum passionis oratione ad dñm pro se inuocanti-
bus fusa cum duobus pueris capite c̄esus est. iiii.
ianuas februarij. Quorum corpora heliseaq̄ mulier
sepeluit: vbi nō longo post tēpō ecclesia ei⁹ no-
mini fabricata et dedicata conficit.

De sancto Johanne elemosynario
episcopo. **L**ap. lxvij.



Johannes co-
gnomento elemosynarius epi-
scopus claruit temporibus foce
imperatoris: qui claris alexandrī
ne natalibus ortus sanctitate et
scientia peditus ad patriarcha-
tum eiusdem viris promotus: ex
verbis elemosynis quas facie-
bat elemosynarius dictus est.
Quia in oratione quadā nocte bea-
ta virgo apparuit coronam oliuarum in capite ge-
stans: que se de genitricem esse dixit corona mīcē
circūdatā: portans sanctū vt eam in sponsam assū-
meret: et quicq̄ peteret a dōno obtineret. Extunc
mīcē operibus intentus fuit: et pauperes suos do-
minos appellauit: famulifq̄ suis precepit: vt ciui-
satēm circuirent: et omnes dños suos conserbe-
rent. Qui cū nō intelligerent: exposuit dominos
suos esse pauperes et mendicos: qui sibi auxiliari
suebant: et regnum celorum sibi largiri poterant.
Et vt concines suos ad elemosynas induceret: exē-
pla plurima sanctorū inducebant: qui largas ele-
mosynas tribuētes bonis spiritualib⁹ abundāt.

Tertius.

Godonach⁹ quidā noſe vitali⁹ oēs publicas mer-
trices cōscriperat: quas vicissim singulas nocti-
bus singulis cōducebat. Et ad eas intrans in ora-
tione pernoctabat: p̄ cōpīeſtisq̄ mane cui reuelar-
ent ex cōpō sue sc̄ritatē ad multas penitētis p̄du-
cebat. Et cū ex hoc multi sc̄andalizarent: putatesvi-
taliū admōdū esse lasciū: et de hoc iohāni ep̄o q̄
rimonia delata esset: noluit eis fidē adhibere: deo
precans dñi: vt opus sc̄ti viri alicui reuelaret tali-
ter q̄ nō amputaret in p̄tis his qui in eī sc̄andalis
zabant. Post dies paucos egredies monach⁹ ab
yna illariū obnūiant cuidā ad eam cognoscendam
ingredienti: qui vitaliū alapa p̄cūlit: et eī de forni-
catione redarguit. Statimq̄ diabolus in specie
mauri virum illumīn gena repercutiens eī vera
re cepit. Ita vt ex ore eius demon clamaret: et vi-
taliū sanctitatem exprimeret: uenit castissimū cō-
probaret. Pro quo dū ille orasset a demono libe-
ratus est. **M**ulieres quoq̄ que sanct⁹ vir operaba-
tur manifestare ceperunt. Que oī beatiss. Iohan-
nes p̄ spiritū cognoscet: ideoq̄ maledictis fidē
adhibere nolebat. Sicq̄ orationib⁹ eius innocē-
tia viri sancti manifeste cognita fuit. **Q**uidā in
habitu peregrint ad se venienti et elemosynam po-
stulanti: mandauit iohannes sex numismata dari.
Iteriq̄ mutato habitu reuertenti: sex aureos si-
bi dari precepit. Lui etiā tertio mutatis vestibus
redeuenti duodecim dari iusit. Eī autem dispensa-
tor sibi immueret q̄ hic idem pauper iha die bis
elemosynā diversis mutatis vestibus sumpsisset:
institut iohannes vt sibi toties daret: quoties ille
redit: ne forte esset xp̄s: qui se tentare veniret:
an posset plus accipere p̄ ep̄iscopū sibi dare.
Quidā patritius pecunia ecclēsie in mercatio-
nib⁹ ponere solebat: patriarcha ḥo resistebat: vo-
lens ipsam pauperibus largiri: sicq̄ contēdentes
adūnitē irati sunt. Adueniente ergo hora xij. man-
dauit patriarcha patritio p̄ archip̄esbyterū dicēs:
q̄ sol in occasum vergebatur. Quod ille intelligens
ad eum venit: et cuī lachrymis veniam postulauit.
Quidā eius nepos a tabernario grauiā cōnitia
audierat: et patriarcha conquestus est. Lui patri-
archa respōdit: seipso die talē rē in eo facturā: q̄
tota alexandrīa miraret. Consolatus est ergo ne-
pos: putans q̄ eī faceret grauius verberari. Qui
eodē die p̄ hōle illo misit: et ipm ab oī pēstione et tri-
buto libertū fecit. A duocāsq̄ nepotē. dulcissimis
verbis eī ad patientiā et iniuriarū tolerantiā ala-
uit. **G**odonach⁹ sibi fabricari fecit: qđ tamē quo
advixit imperfectū reliquit. Ordinavitq̄ suis cle-
ricis: vt quādōciq̄ in solēnitatib⁹ celebraret: sibi
cōmemoraret monumētū suū im̄fectū existeret:
et q̄ ipsum cōpleri mādaret: nescius qua hōla fur-
veniret. Hoc autē faciebat: vt cōtinue memoria
mortis haberet. **D**ives quidā vidēs sancti viles
strati habere: eo q̄ oēs pannos pauperibus ero-
gasset: preciosum cooperiorū emit: et iohāni tra-
didit: q̄ cū illud nocte sup se teneret omnino dor-
mire nō poterat: cogitans p̄.ccc. dñi sui de tanto
precio operiri possent. Facto igitur mane statim
illud vendidit: et preciū egenis distribuit. Quod
audiens dñes ille cooperiorū redemit: et iohāni
secūdo tradidit: rogans ipsum ne illud amplius

De sanctis in mēse februarij occurrē. Fo.liij.

venderet: sed semper se teneret. Ille autē secundo vendidit: et de precio ut prius fecit. Tertio autem vir ille cooperitorum redemit: et iohanni dedit dicens: p̄ omnino proposuerat videre quis vinceret: aut ipse in redimendo: aut episcopus in vendendo. Et sic suauiter quasi diuitem illum vindicabat. Quidam elemosynā petenti numinū dari fecit: qui indignatus eo p̄ maiore sibi elemosynam non dedisset: in contumeliam eius prōcupit: famulōqz vindicare volētes episcopus prohibuit: sacerdūlū quoqz pecuniarī coram illo effudit: dicens ut inde acciperet quot velleret. Consuetudinē fecerat populus: ut lecto euāgelio ecclesiam exirent: et verbis ociosis vacarent. Quidam vice lecto euāgelio cum eis episcopus exiit: et inter eos stare cepit: dicens p̄ vbi oves ibi pastor esse debet. Quod cum bis iterum fecisset: populū in ecclesia stare docuit. Juuenis quidam qui sanctimonialē rapuerat a familiaribus suis exprobatur: dicentibus p̄ erat dignus morte. Quos ille redarguit: dicens eos magis delinquerē: qui proximum indicabant: qui forte amplius non peccavat. Cum autē febre correptus vicinus esset morti deo gratias egit: qui vnicuz sibi solum numinū dimiserat: quem p̄ pauperibus dari fecit. Cum autem defunctus esset et corpus eius in sepulchro ubi erant duorum episcoporum corpora deponere vellent: corpora illa in latera secedentia mirabiliter beato iohanni cesserunt: et locum sibi medium vacuum dimiserunt. Ante dies paucos obitus sunt mulier queda sibi confessa peccatum vnum enor me ex verecundia omisit: quod tamen in cedula scripsit: et sigillauit: et iohanni tradidit: ut pro se dominum exoraret. Audiens autem ipsum defunctionem: et se confusam reputans: si forte scriptum suum ad manus cuiuspiam deuenisset ad tumultū sancti iohāni durissime flere cepit. Qui le ponitib⁹ induit: apparuit duobus securis quietērib⁹ episcopis hincinde vallatus: qui scriptū sanguinatum mulieri tradidit. Quod illa aperies peccatum suum deletum inuenit: scriptū tamen ibi dem repperit: propter iohannem serum meū de letum est peccati tuum. Illaqz deo gratias egit. Quieuit autē sanctus iohānes in christo. iij. non. februarij circa annum domini. cccccv.

De sancto Baudētio ebo. Cap.lxxvii.



Baudētio ebo: primus nouarien. fuit. Qui de hy poria oriundus sancti martini tironen. episcopi notarius et discipulus extitit. Lui multo tēpore adhescit. Et postmodum mediolani. archis episcopo: primus nouarien. episcop⁹ ordinatus fuit. Qui et episcopat⁹ suum strenue gubernauit: et inter cetera corpus sancti laurentij presbyteri et martyris apud nouariam cum multis quos baptizauerat passi dudum latēs inuenit: et digna veneratione exaltauit. Num agit mortuus esset; et si

bi preciosum sepulchrum pararetur: a mense februarij usqz ad augustū inhumatus: et oīno inco ruptus corpore permāst: quo tpe et capili et ungues eius crescebāt: ut eo tpe quo viuebat. Dic etiam inter cetera miracula mulierē vexatā a dia bo liberavit. Quieuit in pace. iij. non. februarij.

De sc̄is celērino et locis mar. Cap. lxxix.



Celerin⁹ diacono

nus et cōfessor: et aqua eius celērina: laurentius eius patruus et ignatius auxilius martyres: apud aphricam claruerāt. De quorum omnium glorioſis laudibus meas morat beati Cypriani epistola ad martyres scripta. Nam ut ibi dem dicit celērina glorioſa annus

martyrio coronata est. Patruus vero celērini laurentius: et anunculus eius ignatius in castris feci laribus militantes palmas domini illustri passionē meruerāt. Celērinus autem diu adherentibus penis afflictus per. xiiij. dies in carcere custodia septus in nero ac ferro fame cruciatus: inde tandem eductus: et diuina prouidentia dimisus: ad diaconatus ordinem promotus sanctitate pollēs quieuit in pace. Horum omnium festum recolitur iij. nonas februarij.

De sc̄to Symone ppheta. Cap. lxxx.



Symeon senex

et propheta noui testamenti: de quo in euāgelio. Luce. ii. multa preconia predicanter: p̄ videlicet fuit homo iustus et timoratus: et expectans consolationē israel: et p̄ spiritu sanctus erat in eo. Et p̄ respōsum accepérat a spiritu sancto non vivirum se mortificari: nisi videret christum deum. Quia cum spiritu sibi diuino revelante: puerum iesum natum et ad templi a parentibus deferendā didicisset: venit in spiritu in templū die dominice purificationis. Et cum induceret puerum iesum parentes eius: festinavit Symeon ad portam templi et adorauit iesum: et osculans plantas eius accepit eum in vlnis suis. Et benedixit deum dicens. Nunc dimittis serum tuum domine eccl. Et cum esset annorum. xiiij. et vix posset seipsum regerez portauit puerum usqz ad altare: iuxta illud. Senex puerum portabat: puer autem senem regebat. Et tunc tradidit puerum matri domino offrendum. Et benedixit parentibus iesu: et prophetiam illam matri iesu predixit: que scribitur vbi supra. Et qualiter gladius mortis filii amīmam genitricis pertransire debeat: perfectis autem omnibus fini legem redemptibus parentibus iesu ad dominum sicut. Et Symeon ad propria rediuit. Et quia promissionem diuinam obtinuerat: tertio die in domino obdormiuit: et sepultus est in Hierusalem. h. nonas februarij. Nec in libro de infantia salvatoris.

De sanctis Phyllea et Phyllozonio et locis martyribus. Capitulo. lxxxi.

Liber

Tertius.



Phylleas et phylleus in ciuitate egypti qui appellat tunc passi sunt. Qui phylleas ut octauo ecclesiastice historie habetur: et ut dicit hieronymus de prefatavibe nobili psapia ortus. Primo quidem honoribus in seculo fulgens liberalibus scientiis eruditus fuit: deinde ad episcopatum ipsius urbis proiectus de martyrum laude volumen insigne cōposuit. Qui tempore persecutionis cum multis de suo grege diversi sexus ordinis et etatis quasi innumere multitudo ad martyrium premisserat: a preside ciuitatis tenus et carceri mancipatus est. Qui cum a propinquis et dilectis blandis et lachrymosis sermonibus induceretur: ut christum negaret: et ipse econtra constantior permaneret: ex sententia presidis cum phyllozonio eius diaco no decollatur secundo non. februarij.

De sanctis Aquilino et sociis martyribus.

Lapitulum. lxxxi.



De sancto Silvestro confessore.

Lapitulum. lxxxi.



Silvestrus confessor genitale. cenobii fundator anno. xxv. othonis imperatoris primi claruit: qui apud gloriam christi potius quam seculo militabat et in ipso loco monasterio ab eo fabricato et copiose dotato ppter amorem sancte religiosis in pace dormiuit. s. non. februarij. **Cuius** corpus relatum est ad goriziam v. brem.

De sancta Agatha virgine et martyre.

Lap. lxxxi.



Agatha virgin et martyris apud ciuitatem catanien. tempore dechi passa est sub quintiano sicilie consulari. Qui cum esset ignorabilis libidinosus: auar: et idolis deditus beatam agatham co-

prehendere nitebat: ut quod erat ignobilis tenebroso nobile timeretur: quod libidinosus eius pulchritudine frueret: quod auar eius diuitias raperet: quod idolatra deus ea in molare cōpelleret. Namque detecta tradidit cuidam meretrici nomine aphrodise nouae filiae turpissimas habeti: ut per dies trintigia suaderent ei: quoniam eius anima immutaret: modo leta promittendo: modo per aspera deterredo: quod cum ut supra firmam petram christi immobilitate fundata: ola sibi promissa vel cōminata contempnisset: et aphrodise hec quintiano retulisset: ipse virginem ad se adducatam cuius esset conditio interrogavit. **Lui** virgo se ingenuam et genere spectabili progenitam esse respodit: addensque quod ancilla christi esset: hoc quod magis eam ingenuam redderet. Nam summa ingenuitas est: in qua christi servitius cōprobabat. **Lui** cum quintianus optionem de disset: aut deus sacrificabit: aut diversa supplicia sustinendi. **Uirgo** respodit: quod utinam vero illius esset talis ut venire: et ipse talis qualis uestipiter deus suis. **Tunc** quintianus iussit eam alapis cedi. Et cum diversa sibi tormenta cōmina retur. Et illa ecclera feras ignem et plagas et quascunqz penas se voluntario animo passim offerat: iussit eam in carcere trahiri: ad quem lectissime et gloriosamente ibat: et quasi ad epulam inuitata agonem suum domino precibz cōmendabat. Sequenti die inde educit: et sacrificare contineus in equuleo suspendit: et tortitur. Et cum in his penit delectari se diceret: iussit consularis mamillam eius diutius torqueri: et tortaz abscondi. Que cum illi redargueret dicens quod confundi debuerat amputare in femina: quod ipse in matre surisset: iussit eam iterum ad carne rem reducti: prohibens medicinam quacunqz ad eam ingredi: et panem sibi vel aquam ab aliquo ministrari. Tercium circa noctis mediu[m] venit ad eam senior: quem antecedebat puer luminis portitor: dicitque virginem: quod cum passa fuerat sibi erat: et consideraverat mammilla eius salutem suscepit. Illa vero oculum carnalem medicinam respuebat: sed solu[m] dominum iesum habere se dicebat: qui verbo curat omnia et solo sermone restaurat universa. **Tunc** senior subridens dixit se a christo domino missum eius quod esse apostolum petrum. Et continuo ab oculis eius disparuit: virginemque sanctam se pfecte sanata mammilla sibi restituta inuenit: et deo gratias infinitas egit. **Qui** ergo ex immenso lumine custodes territi fugissent: et carceres apertum reliquissent: rogauerunt eam quida ex vincis ut abiret: quod oculo recusauit: dicens quod nollebat amittere coronam sibi a domino preparata. **Post** quattuor dies reducta est ad quintianum: quem eam sanctam cōspeciens: et qualiter eam christus sanasset audiens: tratus testas acutas iussit spargi: et carbones ignitos subterponi: et illam nudo corpore desup-

De sanctis in mēse februarij occurrē. Fo. lv.

volutari. Statimqz facto terremotu ciuitas tota cōcūtūtur: et cadente pariete silūnus falconius consulari iudicis oppīmūtur: concurrente populo aduersus quintianum et clamante q̄ propter iniustū agathe cruciatū talia paterentur. Tunc osularis ex una parte terremotū metuens: et ex alia populi seditionē nō ferens per pusterulā aūfugit: et virginem in carcere reponi mādauit: quo cum introisset: orauit ad dñm: ut suscipiteret in pace spiritū eius. Finitaqz ora tūcum ingenti voce expirauit. Cum autē fideles corpus eius cum aromatibꝫ cōdiren̄t: et in nouo sarcophago collocarent: apparuit in uenis sericeis amictus cum plusq̄ centum alijs albis induit alias nunq̄ visus: q̄ ad corpus ventis tabulam marmoreā: ad caput eius apposuit: et clauso tumulo cum oībus ceteris ab oīn oculis emanuit. In tabula autem scriptum erat sic. *Venient sanctā spontaneā: honorē deoeret patrie liberationē.* Quo miraculo diuulgato: non solum christiani: sed etiā gentiles et iudei se pulchri virginis venerari ceperunt. Quintinus vero dum ad inuestigandas eius diuinitas pergeret: et flumen in naui cum equis trāsiret: duo equi feruētes: calcēsq̄ iactates: vnuis cum moschū appetit alter calce percussus in flumine proiecit et necauit. Reuoluto anno circa diem natalis eius mons etna ciuitati proxim⁹ ructauit incendiu: qui quasi torens de monte descedens et oīa cōburens: ad urbem cum impetu vehebat. Tunc paganoꝫ multitudine: velum quo sepulchrū eius erat opertū arripuit: et contra ignem oppofuit. Statimqz in die natalis eius ignis cessit et ulterius nō processit: passa est autem nō. februarij circa annum domini. ccclii.

De sancto Ingenuino epo. Cap. lxxv.

Ingenuin⁹ se-
cundus eph sabioneñ. fuit: vt scribit paulus in gessis longobardorū: quē precesserat sanctus cassianus q̄ in mole immolatus martyris consumauit. Sabiona em̄ fuit oīm episcopalis ciuitas metropolis aq̄ leien. nunc vero sedes trāstāta est in brixinā: et subest salzburghē. Iunius īpōre longobardi italiām occuparunt regnante eorum rege austeric⁹. Seuerus eph in patriarchatu aquileieñ. helie successerat. Quēz simaragdus patricius compulit cum quibusdā alijs epis: cōicare iohāni hereti co archiepiscopo rauennati: qui romanā eccleſiam contēnebat. Sanctus vero ingenuin⁹ cum sancto agnello tridentī: petro altū: iunioze veronē. bosentio vincentī. Rustico taruissi. fonteio feltrineñ. agnello aquilin⁹. aurentio bel-

lunnen⁹. maxētio iulien⁹. et adriano poleñ. epis. Huic scismati non cōenserunt. Propter quod omnes prenominati sancti multas iniurias per pesti sunt. Sanctus vero ingenuinus actus in exilium: in pace queuit nō. februarij. Lui sanctus constantinus successit. Corpusqz ipsius post multos annos brixinam translati⁹ est. Et sanctus albuinus episcopus brixinē. die quo migraverat: scz nō. februarij miraculis clarus eidem associatur. Hec frater bartholomēus.

De sancto Adiuto epo. Cap. lxxvi.

Adiut⁹ episco-

pus vienneñ. eximie sanctitatis fuit. Luius fide et industria atqz doctrina mirabiliter abiūfessione arriane heresēos gallicē defense sunt tempore gundobardi regis francoꝫ. Qui et virtutibꝫ in signis nō. februaři apud viennem in pace dorminuit: vt dicit Ado.

De quinquagesima. Cap. lxxvii.

Quinque

sima significat repus remissionis. Et incohatur in dñica qua cantatur. Esto mihi in deuꝫ. et terminat in ipso die pasche. Instituta est autem ppter suppletōnem: et ppter significativa

tionem: et ppter representationē. Primo propter suppletōnem: qm̄ cū debeant quadraginta diebus ieiunare ad similitudinē xpi: et non sunt in quadragesima nisi trigintasecū diebꝫ ieiunabiles: qz in dñicis nō ieiunatur ppter letitiā et reuerentia dñice resurrectiōis: eo pro suppletōne dñicarum additi sunt q̄tuoꝫ dies. Iterū clerici videntes q̄ sicut precedit ppter ordine sic debent procedere scitatem per duos dies an illos quattuor ieiunare et abstinere ceperint. Et sic se primana vna addita est: q̄ et quinquagesima vocatur. Secundo propter significaciones: qm̄ quinquagesima significat t̄hs remissionis. I. prie in qua oīa remittuntur. Quinquagesim⁹ em̄ annus erat iubileus: q̄ erat annus remissiōis: qz tunc debita remittebant serui liberabatur et oīs ad suas possessiones reuertebātur. Per qd significatur q̄ per pñiam dimittuntur debita petō: ii. Liberantur oīs a servitute demoni: et reuertuntur ad possessiōes celestīn mansionū. Tertio propter representationē. Nā quinquasima nō soli t̄hs remissionis significat: sed etiā statum beatitudinis representat. Nam in l. anno serui efficiebātur liberi: in l. die data est lex in mōte

Liber

sina: et in l. die datus est spūssanc⁹ apl⁹ is. Et ideo hic numerus beatitudinē representat: ubi erit adeptio libertatis: qd ostendit per servitutis liberationē: cognitio veritatis qd per legis dationē: et pfectio charitatis qd p spūssanc⁹ iinfusionē. Numer⁹ etiā quinquagenari⁹ est denarius quincuplatus. Denarius vero significat beatitudinē sanctis in fine mīdi cōfrendā. vñ et paternostoris suis operariis invi nea laboratiib⁹: sero cōculit denarios singulos pro mercede. Hic autē denari⁹ ideo quincuplatur: qd v. corporis sensus tunc beatificantur. Hic enim per quinqz pudentes virgines de signatur: qd fatuus exclusus ad nuptias cū spōso xpō ingrediens. Ideoqz denari⁹ retributio nis in v. sensibus quincuplandus ad quinqua genum iubilei multiplicat⁹ ascēdit. Tria au tem sunt necessaria in epla et euāgeliō dñicali proposita: ad hoc vt opa pnie sint perfecta. s. charitas qd proposita in epistola: memoria dñi ce passionis: et fides qd sumitur per illuminatiōnē ceci: qd duo ponuntur in euāngelio. Nam fides ipsa opera facit acceptabiliā: sine qua impossibile est deo placere: memoria passionis facilitia. Gregor⁹. Si passio xpī in animi du citur: mihi est tam arduū qd non equo at tolleretur: charitas autē facit esse cōtinua: qd per idem dicit amor dei nunq⁹ est ociosus. Operari enim magna si est. Si autē operari negligit: amor dei nō est. Ut sicut in principio ecclē sia quasi desperās clamauerat. Circūdederūt me etc. Et postmodū ad se rediens et adiuvari petebat dices. Exurge dñe etc. Ita iam hic ex sepe venie fiducia cōcepta: ppter pniā orat et dicit. Esto mihi in dñi protectorē: vbi quat tuor petit. s. protectione: firmamentū: refugium: et ducatu. Q̄ es enī filii sui: aut sunt in gratia: aut in culpa: aut in aduersis: aut in prosperis. Illis qd sunt in gratia: petit firmamentū: vt in ipsa gratia cōfirmetur. Illis qd sunt in culpa: petit refugium: vt cōvertatur. Illis qui sunt in aduersis: petit protectionem: vt in ipsis tribulatiōnib⁹ protegatur. Illis qui sunt in prosperis: petit ducatu: vt in ipsis pspertilatibus a deo innocēter ducatur. Terminat autē quin quagesima in die pasche: qd pniā ad nouitatem vite facit resurgere. Et qd in hebdomada qd quagesime tpa tercie etatis recoluntur: merito, sanctiorū patrū tertie etatis immediate gesta subserbitur: quoū dies obitus ignorantur. Quāuis enī de solo setō Abrahā beatus bie ronymus dñem dormitiōis in suo kalendario scribat: videlicet. viij. idus octobris: quia tñ de nullo alio ipsius etatis certa dies festinatis reperit: ne ipsum Abrahā primū et solū etatis tertie ab alijs separaremus congruētus vñsum est: vt de ipso vna cum alijs acta subsiciamus.

Tertius.

De setō abrahā patriarcha. Cap. lxxviii.

Abram quem

fugisset: illi hoc cognoscentes virginem ad morte ceciderūt. Post hec cum ad partes imperatoris constantis fratris constantiū occidentales venisset: causamq; ipsius constans examinasset super epi iniuxto exilio litteras fratri dir exit: constanti nusq; ipsum et fratri complaceret ad sedem suā renocauit. Sed modico post tempore ad instantiam arrianū: iterum eum constantius ejicens p sequitur. Iternū que constantis cōminationibus renocatur. Defuncto vero constantie soloq; regnante constantio cū athanasiū suspectū habebat q̄ sibi germanum inimicū fecisset suās arrias novum tertio īp̄m de sede propulit: et georgiū arrianū sibi in īp̄m surrogauit: missis per vniuersum orbē romanum litteris ut vbiq; repertus fuerit athanasius occidatur remuneratione taxa tacnicūq; qui caput athanasiū imperator obtulisset. Quo tpe sanctus vir toto orbe hincinde p fugis evagauit. Aduersus quē reges ac principes et populi commouentur. Sed multis easias periculis et persecutionibus dei gratia reservat. Mortuo vero constantio et iuliano apostata ei succedente: et humanitatem fictam pretendente: ut ex hoc in initio suum imperium reboraret iussu in lītā omnes epi exulantes ad suas ecclēsias redire permittantur. Sicq; athanasius alexandriā remaneat. Post modicū vero tempus diabolo suadente ad suggestionē magnorum iuliano fauientium misit milites multos alexandriam ad athanasiū perimendum. Qui per flumen nīl cuius paucis catholicis nauicula fugiēt: persecutores obvios habuit. Illi vero eum presentē cernentes non agnoscit: et de athanasio vti de alio interrogantes pertransiunt. Ipse vero alexandriā alia via repetēt vñq; ad tempus pacis ibidem latenter permanit. Post mortē vero iuliani succedente in imperium iulianō catholicō reducitur athanasius in propriā sedem: et restitutus honorifice post menses. viii. in pace quietuit anno ep̄atus sui. lvj. vj. noī. mat. Ibiq; clares miraculis tumulatur. Glōriosus doctor iter multa insignia eius sapientia opuscula. Duos aduersus gentes excudit volumina. Contra v̄satīn et valente vñi. De virginitate vñum. De persecutione arrianorum plurima. De psalmoū titulis vñum. Hystoria antonij monachi vitam continentem insight volumine teruit. Ep̄stolas insuper et alia multa que enarrare longum eset edidit. Nec Vieronyx libro de illustribus.

De sancto florentio epo.

Cap. cxv.



Floretius et vin-

demialis epi tauris translati quiescunt. Quorū vindemialis ap̄ber natione a sancto alpiano confessore doctus ad presbyteratus ordinē inde ad episcopatū peruenit: vbi vna cū eugenio milaculis multis ostensis populū copiosum cōuertit. Deinde per egrinationis gratia ad insulam corsican venientes in castris fauēt et vadēt. populum a cultura draconis eruerūt: ligata oratio

ad collum serpentis et ipso in mare demerso. Sicque conuersum populi baptizarunt. Post que sanctus eugenius ibidem in castro vendeani cōmoratus quieuit in pace: ubi etiam extat putes ab eodem in mare defossus preter natum dulcem aquam emanans. Tindemalis vero regressus corsicus: ibidem in pace vitam finiuit: et sepultus est ibi: ubi et olim sancti florentii episcopi quiescebat. Tastata vero corsica a sarcenit: titianus taruisinus episcopus illuc nauigio accedens corpora sanctorum florentium et vindex mialis obtinuit: et taruisium trans lata in basilica sancti iohannis baptiste depositum. Quae successor eius rotharius postmodum in maiori ecclesie sancti petri honorabilius tuum lauit. Horum festi colitur. v. non. mass.

De inuentione scie crucis. Cap. cxvii.



Inuentio sancte crucis dicitur: quod eo die a sancta helena matre constantini imperatoris crux inuenta fuisset perhibetur. Illud enim preciosum lignum dominicum in quo Christus confixus fuit ducetis sere annis sub terra lacuit. Anno autem dñi. ccxxix. congregata est iuxta flumina danubii multitudine innumerabilis barbarorum: volentes fluuium trahere: et oceani regiones usque ad orientem subiungere. Et contra eos constantinus imperator castra mouit: et contra danubium se cum suo exercitu collocauit. Tisraqe barbarorum multitudine infinita iam transeunte flumene extermuit: cum qua die sequenti erat praelium combattere: nocte autem ab angelo excitata: ut sursum respiciat ad monachem. Qui signum crucis vidit in celo ex clarissimo lumine factum: litteris habens aureis circumscripsit. In hoc signo vinces. Qui confortatus licet adhuc gentilis crucis similitudinem fecit: et ipsum ante exercitum portari iussit. Texilla quoque militaria et arma crucis signari fecit: et irruens in hostes: ipsos in famam vertit: eosque maximam multitudinem interfecit. Reuersus ergo ad yrbe oculis idolo et pontifices conuocauit: et cuius deorum hoc esse signum diligentem inquisivit. Quibus se nescire dicetibus: quidam christiani eidem crucis mysteriis explicarunt. Qui licet christum tanquam unum deum more gentilitatis in reverentia haberet: tamen nec tunc perfecte credidit: nec baptismum suscepit donec plaga leprosa eide superueniente a sancto silvestro mundatus pariter et baptizatus est: ut supra actum est in legenda sancti silvestri predicti kalen. Ianuarii. Cum autem post disputationem quam silvester cum iudeis habuerat: ut ibidem dictum est. Helena imperatrix constantini ma-

ter ad christum conuersa fuisset: infudit ei spiritus: ut lignum dominice crucis requireret. Ceniens igitur hierosolymam cum exercitu maximo decimam octaua die secundi mensis: qui est aprilis oculi saeientes iudeorum qui per totam regionem repeperiri potuerunt: ad se congregari mandauit utque ad numerum quingentos: qui nimis formidantes inter se sepe perquirebant: cur eos regina sic coadunari mandauerat. Unus ergo ex ipsis in das nomine dicere cepit: quod dubitabat ne ab eis discere vellent: ubi lignum in quo iesus crucifixus existet. Admonens ut nemo hoc contumeliter presumeret: quod statim ut crux illa reparetur: lex iudeorum euacuabitur. Dicebat quoque quod nouerat locum ubi illud absconditum erat lignum. Nam zacheus auus eius illud secreto reuelaverat patri suo symoni: et per ipsius iudeum symon palauerat sibi. Addens ipse zacheus quod cum illud lignum contigerit reuelaret: gens iudeorum decetero nimis regnaret: sed illi qui crucifixum adorant: eo quod vere filius dei fuerat: prout ipse zacheus clare didicerat. Nam in conspiratione mortis christi nimis assenserat: paterque patriarcha stephani fuerat. Cum autem oculi predicti se nimis audiuisse affererent: iudei sub obedientia mandauerunt: ut crucis lignum nullatenus reuelaretur. Et cum ante reginam testissentur: et ipsa eos de loco ubi crucifixus fuerat interrogasset: ipsi quod se illud scire negarent: iustis eos oculi igne cremari. At illi timores tradiderunt iudicium: uti fusti et propheti filii: et optime legem scientes. Regina oculi dimittens iudam solu tenuit: et quod morte: aut vitam proprie: nisi sibi crucem dominicam demonstrabit. Qui nec crucem: nec locum se scire dicebat: eo quod anni duceri a passione christi iam lapsi fuerat: quo tempore ipse minime natus erat: ipsum ergo in puretate siccum iussit mitti et ibidem fame cruciari. Cum autem septem diebus sine cibo mandaret: die septimo se extrahi petebat: et crucem dominicam indicaturum promittit. Extractus igitur concitus venit ad locum golgotha: et cum ibidem orasset locus subito commouetur et fumus aromatum miri odoris sentitur: ita ut iudas miratus christum consideret. Erat autem in loco prout in historia ecclesiastica traditur templum veneris: quod adrianus imperator ibi construxerat: ut si quis in ipso loco christum adorare vellet venerem adorare videaret: ob hoc locus pene oblitioi datur: regina igitur templum funditus fecit destruit et locum arari. Post hec iudas cum sociis viriliter fodere cepit: et xx. passus fodierat tres crucis inuenit: quas regine detulit. Sed cum christum a duobus latronibus nescirent discernere: et circa horam nonam quidam mortuus in pheretro portaret iudas pheretrum tenuit: et prima ac secunda cruce appositis mortuus mi-

nime se mouit. Apponit tertiam et protinus defunctus redit ad vitā. Quædā etiā mulier cuius tatis primaria semiuia iacebat: ut dicit in ecclesiastica hystoria. Ad quā hierosolymitanus ehs primā et iocam crūcem adhibuit et nihil p̄fecit: terra vero apposta cōfessum mulier sana surrexit. Danc ergo crucem dñi fore intellexerunt: quantum postmodum lecto eius titulo quem pilatus superposuerat: qui ex antiquitate fere deletus erat plenius cognoverit. Diabolus autē terribiles emittes voces cūctis audiētibus de iuda conquerebatur: eidē quoq; tornēta et persecutiones plurimas minabatur. Post hec iudas baptizatus quiriacus vocatur: et hierosolymo et episcopo defuncto iussi helene in ep̄m ordinatur. Nā multo tpe regina ibidē fuit et cuncta sacra loca perlungauit. Autē cluos dñi habere desideraret: rogauit efm quiriacum ad locū p̄geret et cluos perquireret. Qui cum venisset et orationē fudisset cōtinuo claui velut aurū in terra fulgentes apparuerunt. Quos ehs regine detulit: illasq; eos reueriter adorauit. Cruce vō dñicam per mediū seca rificat: et partē filio deportari: partē vō thecis argenteis inclusam hierosolyme reliquit. Cluos vō dñicos secū adduxit. Quoz vñi in gallo: alterū in freno imperatoris cōpofuit: ut sic armatus armis securis ad bellū pcederet. Tertiu vō reseruauit: vel ut quidā afferret in mare adriaticū: qd tūc erat vorago nauigantū iactauit. Precipiens festum inuictōnis sancte crucis singulis annis solemniter celebrari per vñiuersum orbem: videlicet v. non. Maij.

De sanctis Alexandro papa Euētio et Theodo-
dolo martyribus. Cap. xviiij.



Alexander pa-
pa et martyr huins nois primus
cū duobus presbyteris euentio
et theodolo passus est rome sub
persecutione Traiani agēte Au-
reliano comite vtriusq; militie.
Dic natione romanus ex patre
alexandro de regione capitani-
ri: euristo pape in episcopatu-
romano successit: iuuenis quidē
estate: videlicet annoz forte. xxiij. sed senior morib-
us: seditz annoz. x. menses. viij. dies. xij. Hic
sanctitate et scientia incomparabilis fideiq; pre-
clarissimus maximā partem senato: v̄bis con-
uertit ad dominū: prefectum quoq; Hermetē cū
vrox et sorore Theodora et filiis baptizauit cum
vō. ccl. seruis suis cum vroxibus quoq; eorum et
filiis: quos omes die sabbati pasche factos inge-
niuos sacri fontis vnda perfudit. Autē traianus
imperator tūc absens hec audiens Aurelia-
num comite misserit ad vrbe de selencia hisaurie
ad persecuēdos christianos. Aurelianus herme-
tem prefectū apud Quirinū tribunū carcerauit.
Alexandru vō in alia custodia in vinculis posuit.
Qui tamē: ut supra dictū est in passione Quirini
martyris. iii. kalen. aprilis: per puerū qui facula
ferebat ardente et carcere noctu per fenestrā edu-
ctus ad domū Quirini tribunū vbi hermes in cu-

stodia tenebatur ipsum quirinū conuertit: iterū
eadem nocte per eundem puerum ad carcere sūm
reductus filiam ipsius quirini balbinā sibi delas-
tam a strumate sanauit et quirinum cum filia et
omnibus in custodia ipsa detentis baptizauit.
Postq; autem hermes et quirinus ac theodora
soz hermetis necnon ceteri xpiani in custodia
reperti ab aureliano comite paſsi sunt: ut in eo-
rum singulis passionibus agitur traiano iam de-
functo adriano vō in imperium sublimato: exhibi-
bitus est alexander cum sanctis theodoſo et ene-
tio presbyteris iam biennio in carcere detentis
Et autem theodosius iam senex amorum vide-
licet. lxxxj. qui anno vigesimo presbyter fuerat
ordinatus. Cumq; alexander confiteret christum
iussit ei index in equuleo leuari et vngulis ac la-
pidibus attrectari. Et cum hec patieritſime to-
lerasset: fecit eum deponi et presbyteros applica-
ri. Cum autē et ipsi xp̄m confiterentur: iussit furnū
incendi: et alexandri atq; euentu ſumul vincos
iactari theodoſo quasi ſentoꝝ ſpectante. Cū
eis autē et ipſe ſponde in flamas proſiliuit. Et
cū illeſi educti fuiffent: fecit aurelianuſ ſanctum
alexandruſ punctis creberimis per tota pun-
gi nēba donec deficeret. Duos vō ſanctos p̄sby-
teros gladio consumari. Quorum corpora ſeu-
ra quedam religiosa via numentana in ſuo ſđio
ſepeliuſt quinto nou. maij. Dic in canone memo-
riam passionis dñi misericordia: loco Qui p̄dię quā
pateretur. vſq; In mei memoriam facietis. Dic
precepit ut aqua vino miscerentur in sacrificio
ad designandam christi et ecclie vniōnem: et ut
oblatio fieret ex azimo non ex fermento: propter
christi corporis puritatē: et fieret in modica quā
titate dicens q̄ hec oblatio quanto rarioz tanto
potio. Constituit etiam aquam exorcizatam cum
ſale diebus dñicis benedici: et ex ea pp̄lin asper-
gi ad effugandas contrarias valitudines et aere
as potefates. Qui poſtea martyrio coronatus
est et ceſſauit episcopatus dies. xxv.

De sancto Juuenale episcopo. Cap. xix.



Juuenalis epi-
scopus narrien. dum eſſet pſby-
ter et medicus ex aphrica romā
venies a matrona christiana ſu-
ſceptus eſt. Audies autē ab ea q̄
narrienſis populus christianita-
tē nūq; recipere voluſet: roma-
nū pontificē adiſt: et ab ipso predi-
candi ad ipsam vrbem licentiam
poſtulauit. Quē papa eidē ciui-
tati episcopū delegauit: vbi predicanſ verbum et
miraculis coruſcans multum populum conuer-
tebat. Cum quidam de templo idololorum eges-
ſus: de immolat idolololii in os episcopi mit-
teret: illeq; recipere recuſans: os dentibus obſe-
raret: produxit ille cultellum: ut manubrio os ei-
z violenter aperiret. Sed manu eius elapsa gla-
dium in guttur proprium intromittēs continuo
ingulatus expirauit. Quo miraculo viſo septem
milia gentilium conuertitur: inter quos baptizatur
veniantia quedam nobilis matrona cum duobus
nū iiii

Liber

filii: que deinceps sancto de suis facultatibus ministravit. Cum ligures et carpi multas ciuitates Italie depopulasset: narium obsederet. Sed oratione sancti episcopi nimia tempestate et tonitrus subito ingravibus: plusq; tria militia ex eis extinti sunt. Reliquo territi ab obdictione discesserunt. Cum die quadam de calice parvo crystallino quem habebat populum commicaret: nihil superinfuso devinose libamine diuinitus excrescente omnibus satisfecit. Quiueuit in dñovis sanctus anno septimo episcopatus sui completo quinto non. Obiit. Sepultus ad portam superiorum via flaminia miliario ab yre roma quinquagesimo quinto. Lui⁹ meritis naute fere trecenti in naufragio positi sancti Iuuenale vocates: ipsorum super vndas eis apparete tempestate sedata ad portum incolumes peruererunt.

De sc̄is Quiriaco episcopo Anna ⁊ Almo nio martyribus. Cap. cxx.



Quiriacus episcopus

scopus ille iudas fuit: qui cū he lene crucē dominicam inuenit: ut supra actū est de inventione sancte crucis. v. nonas Maij. Qui baptizatus et Quiriacus vocatus episcopus hierosolymorum ordinatus est. Lū autem Julianus imperator apostata nominis christiani ad persas pergeret: veniens hierusalē. Qui riacum episcopum teneri fecit: et ad deorum sacrificia immitauit. Quod cum renueret: dextera eius abscondi fecit: eo q; manu illa multis epistolas scriperat quos a deorum sacrificiis renocabat. Ille yō scandalū sui corporis precium gaudebat: eo q; existens indeus multos ne christum colerent scribens epistolas confortabat. Tunc Julianus plumbum liquefactum in os eius infundi iussit. Deinde super lectum ferreum ventre deorsum extendit: et carbones subterponit: ac salem et adipem aspergi: doxum quoq; eius desuper virgis cedi. Et cum in omnibus immobillis permanisset: iussit eum in carcerem trudi. Ad quem veniens anna mater eius filium in ólio hortabatur. Quod Julianus audiens fecit eam teneri: et per capillos appensam vngulari: ac lampades ardentes eius lateribus aponit: que cum viceretur emit spiritum. Post hec imperator Quiriacum eductum bilarem vultum habentem: iussit in focum profundam serpentibus plenam lactari eodem a venefico immisis. Sed tamen serpentes omnes subito exticti sunt. Quo viso miraculo Ammonius incantator conuersus est: et in christi confessione iussu imperatoris decollatus. Deinde mandauit Julianus Quiriacum in caldarium oleo feruissimo plenam immergi. Quam ille se signans sponte ingreditur: orans deum: ut iterum martyrio baptizaretur. Irratusq; Julianus in ipso cacabo eum gladio pectora transsidi mandauit. Sicq; martyrium suū consumauit. iiiij. noī. Maij die sabbati. Sepultusq; est hierosolymis cū Anna matre eius ⁊ Ammonio martyre.

De sancto Floriano martyre. Cap. cxiii.

Quartus.

Florianus mar



ty: passus est apud lauriacū opidum tempozibus diocletianū ⁊ maximiani imperatorum sub p̄side aquilino. Qui cum esset p̄cep̄s officiū militariū in certa vro be audiens qualiter quadraginta martyres xpiani post diuersa supplicia ab aquilino preside in carcere dō etenti essent desiderio martyris vale faciens militibus suis versus lariensem ciuitatem ire cepit. Obuiusq; militibus qui a preside missi fuerant ad perquendos christianos: seipsum sponte illis obtulit uti christianū. Quem illi tenentes duxerunt ad presidem: qui floriam christi nomen confitentem primo atq; iterum a militibus proprijs cedi iussit: deinde scapulas eius acutis configi. Et cum eum ad omnina supplicia paratum vidisset: iussit illum ad flumium anisi adduci: et ligato ad collum eius sarcina ipsum de ponte precipitari. Cum autem eodem adductus orandi spacium a militibus impetrasset: quidam miles ceteris crudelior superueniens ceterosq; de mora necis eius redar guens: illum in flumen precipitauit. Statimq; oculi illius crepuerūt. Postq; yō sanctus martyr: animam christo redditur corpus eius super vndas enatas in eminenti sarcina ab aquis electus est. Et supuenies aquila alis expansis in modum crucis: corpus a feris pregebat. Tunc reuelate se sancto martyre cuidam deuote matrone xpiane ostensisq; ei indicis loci ubi eum inueniret: ⁊ ubi eu in sepeliret: mulier iunctis bobus cum plastro ad locum deuenit: ⁊ corp⁹ inuentu vehiculo imposuit: sentibus quoq; spinosis timore pagaz operuit. Et interrogantibus quibusdā spinas collectas: ad claudendū horū ducere simulauit. Deduxitq; corpus ad locum sibi a beato martyre demonstratū ybi ipm secreto tumulauit. Sed dum boues plaustris trahentes in via siti deficerent: nec aquaz reperire possent: orante muliere ⁊ martyris auxilium postulante subito fons de terra erupit: et satiatis animalibus usq; in presens in ipso loco fluere non desistit. Passus est autē sanctus martyris. iiiij. noī. maij.

De sc̄a Herina vrgine ⁊ martyre. Cap. cxiv.



Herina virgo et

martyr filia fuit licini⁹ impatoris in ciuitate magedon: ⁊ licinie regine: q; virgo p̄us penelope vocabat. Pater yō eius turrim nobilissimā cōstruit: et muro circum cinctit ac viridarii plātauit: ipm qz loci cūctis delictis repleuit: statuasq;. xvij. deorū apposuit: ybi filia suam amori sex ppter eius elegantiam usq; ad t̄hs nuptiarū iclusit: datus ei ancillis. xiiij. ad ministeriorū: ⁊ apeliano m agistro litteras edocendū. Lū aut̄ esset anno x. xij. die quadā columba p̄ fenestrā turris orientalē sup mensam param tulit oliuā: ⁊ p̄ aliam fenestram occidentalē

De sanctis in mēse maij occurrē. Fo.ci.

comus in eadem mensa depositit viperā. Qd̄ cuz magistro retulisset: exposuit comui regē ipioꝝ; viꝫ perā tribulationē sibi inferendā: colub̄a rege cœloꝫ: oliuꝫ yō pacē celicā sibi dandā. Pater yō eiꝫ volens illam nuptui tradere ipsius animū requisiuit. Puella vero dierii.viꝫ acceptis induc̄is deos patris supinde cōsuluit. Sed ab eis nullo respōso habito deū xpianoy de quo audierat iuocauit. Lui statim angelus dñi apparet eam in fide docuit: mutatoꝫ nomine herinā vocauit. Sequenti yō die theotim⁹ quidā p̄fbyter ab angelo in turem intromis̄sū eā baptizauit: moꝫqz illa patris idola de turri proiecit. pater yō post dies sepc̄ reuersus cū idola confracta vidisset: ipsamqz xpia na didic̄isset: eā ad ciuitatē duci fecit: que iuxta vrbis portā diabolū sibi apparentē et eidē cōminans tem crucis signo fugauit. Lui autē xp̄m confiteetur iussu patris vincitavngulū in domitor⁹ equo rū terenda subsc̄it: sed ipsa angelo assistente nil lesa: pater mosu vnius ex equis occidit. Quæz virgo a mortuis suscitauit: et conuersum una cum matre sua in turri reclusit donec penitentiā agearent. Ipsiā yō in ciuitate remansit: vbi xp̄m annūcians multos convertit. Qd̄ audiens sedecibias decius frater līcīm rex potentissimus venit ad ipsam ciuitatē: et berinā cōprehensam in foue serpētibus plenā immitti fecit: vt ibi fame et reptiliū morib⁹ deficeret. Quæ ab angelo confortata et serpentibus interfectis ibidem diebus.xiiꝫ sine ci bo permāsit. Deinde decius pedes eius secari fecit. Sed continuo ab angelo ei restituti sunt. Post hec de cōsilio bipparchi comitis sub rota molēdi ni ligat et aqua laxat: sed mox aque dividunt: vincula eius riupunt: rotaqz pmanit immobilia: et yrgo surrexit incolumis: vnde et. vñ. milia paganorū conuersi sunt: et lapidantes decisi ex yrgbe deiecerū: qui post dies modicos ppter ictus lapidū expiravit. Filius autē nomine sapor morte patris vindicare cupiens cū exercitu ciuitatem obsecrit: sed dñ virgo stetisset in porta hostes oēs execantur: et iterū eius orationibus illuminant. Sapor yō yrgbez ingressus cōfixis clavis in calcaneis virginis eidem imposuit massaz quā portare fecit ad septē miliaria. Linqz illeſa rediſſet trīginta milia hominū conuersi sunt. Sapor yō a diabolo oppresſus expiravit. Post hec veniens theotim⁹ p̄fbyter parētes virginis et populi baptizauit: et eos in fide diligenter instruit. Post annos bō tres: vñniens virgo ad ciuitatē calaniciū tenta est amunērano rege p̄o xp̄i nominis confessione. A quo in tres boues eneos ignitos successiue inclusa cum permanisſet illeſa: et tertius bos ac si viuus calorem sentiens: mugiens discurreret decē milia gētilium convertitur. Huic mortuo rege predicto a pretore quodā in igne missa cū exiſſet tā mēbris ꝑ vestib⁹ inusta pretore convertit. Unde ad vrbem constantianā deneniens ramūqz oliue defensens diebus.octo pmanit ibidē: et multis ad fidē adduxit. Inde ad niceā accedē sapoz quēdam regē cū multis de populo xp̄o acquisiuit: vbi diebus.lxxviii. permāſit. Post hec ad vrbem p̄priā re diens patrē defunctū repperit: et diebus aliquib⁹ ibi degens matrē in dōo cōſortauit. nouissime yō

divina virtute assumpta ephesum deducitur: vbi multis ostensis miraculis et plurimis domino laudatis post dies. xv. assumpto apellano didascalō suo cum alijs.viꝫ. viris yrgbe exiuit: vbi noui sepulchri repit. In quo se inclidi fecit: et vt post dies iiii. ad se redirent mandauit. Qui ad terminum reuersi: amotoꝫ lapide sepulchrum vacuum inuenierunt. Cuius festum agitur. iii. nonas maij. quo yō delicit die sepulchrum intravit.

De sancta Antonia virgine et martyre. Cap. cxvij.

Antonia virgo

apud nicomediam passa est que nimis torta et varijs afficta cruciatiib⁹: post ab uno brachio. tribus diebus suspesa: deinde in carcere biennio detrusa a priscillia non preside nouissime flammis exusta est. iiii. nonas maij. Dec hieronymus in martyrologio.

De sanctis Siluano episcopo et sociis martyribus. Cap. cxvij.

Siluan⁹ episcopus cuz sociis suis in palestina ciuitate gaza martyrium passus est. Dic em̄ cum esset episcopus tyri phenicis et anni sere quadraginta sacerdotio func̄tus: sub p̄secutiōe maximiani impatoris vir manuetudine animi et ipsa iam senectute venerabilis cum plurimis clericis suis et tribus iuuenib⁹ christianis bestijs subiecti hostia xp̄i effecti sunt: sicqz martyrio coronati. iiii. nonas maij.

De sanctis quadraginta martyribus. Cap. cxv.

Quadraginta martyres sub persecutiōe diocletiani apud castrū lauriacum passi sunt agenti preside aquilino: de quib⁹ supra in passione sancti floriani martyris actū est. Qui ab eodē preside post varia et exq̄ita eis illata supplicia: vinculis duris arcati ī carcere missi sunt. Quorū passionib⁹ florianus martyr predict⁹ ad martyris tolerantiā animatus est. Qui oēs dum reclusi et inedia afflerti tandem in carcere spiritum tradiderunt. iiii. nonas maij.

De sanctis alijs quadraginta mart. Cap. cxvij.

Quadraginta alij sancti martyres in metallo phanensi passi sunt: de quib⁹ scribit eusebius. viii. libro ecclesiasti ce hystorie cap. xiiij. Q tempore persecutionis diocletiane omnes insimul pro christi nominis confessione capite cesi sunt. iiii. nonas maij.

Liber

De sanctis quadraginta rusticis
martyribus.

Lap. cxxvii.



Quadraginta
ta rustici martyres tēporib⁹
gregorii pape primi marty-
rium passi sunt: qui a longo-
bardis capti carnes immola-
ticias comedere cōpelleban-
tur. Eūqz dudum resisteret
post multas cōminaciones
eisdem a longobardis illa-
tas: fideliter perstiterunt: ac in sua constan-
tia simul omnes glādīs celi sunt. Nec gregorius.
h. dialogo. cap. xxvii.

De Ascensione domini nostri
iēsu christi.

Lap. cxxvii.



Ascensio dñi

die quadragesimo a resurrec-
tione ipsius facta est. Nam
in ihsa die dñs discipulis bis
apparuit: semel vnde decim di-
scipulis comedentibus in ce-
naculo. Q̄ēs quidē tam apo-
stoli q̄ alii discipuli necnon
mulieres habitabant in illa
parte hierusalē: q̄ dicebatur
mello in arce dauid: scilicet in monte syon. Et
erat ibi cenaculū illud grande stratus: in quo
dñs precepit sibi pascha parari: et in illo cena-
culo tum vnde decim apostoli habitabāt. Ceteri
autē discipuli et mulieres in eadē arce p̄ di-
uersa hospita: ubi dum discipuli recubuererant
dñs eisdē apparuit: et illoꝝ incredulitatē ex-
probrauit: et cū comedisset cū eis et precepis-
set ut in monte olympe versus bethaniā irent:
ibidem eis iterum apparuit: ac spiritus sanctū
eis se missurū promisit. Indiscretē quoꝝ de
tēpore futuro querētibus respondit q̄ eis da-
tum nō erat nosse tēpora vel momēta. Et nūc
eleuatis manib⁹ eis benedixit: et inde coram
eis in celū ascendit. In quo loco cum postmo-
duz edificata fuisset ecclesia: locus ille in quo
steterunt xp̄i vestigia nunq̄ sterni potuit pa-
uimenti: sed resilebant marmora in ora cal-
cantium. Lalcato quoꝝ pulueri a dño adhuc
vestigia impressa cernuntur: et eandē adhuc
speciem terra custodit. Nūc autē xp̄is propria
virtute eleuatus aliquantulū ascēdisset: vide-
licet vsqz ad nubes: tunc nubes clara inuoluit
eū: et obexit ab oculis discipulor⁹ cum qua si
mul celos ascendit. Et inuentibus illis in ae-
ra: post ipsum amplius videre nō poterat: duo
eisdem angelī in albis afterunt dicentes
q̄ iēsu qui ab eis assumptus in celum fuerat:
in eadem carne et eodem modo et in ipso lo-

Quartus.

co indicaturus orbem venturus erat. Tunc il-
li hierosolymā ad locum habitationis sue re-
uersi sunt: promissum spiritū paradytū expe-
ctantes. Cuius ascensionis festū ad litteram
cōtigit. iii. noī. māj. Et q̄ de more est: q̄
aliquis magn⁹ dñs ad alias partes vadit:
quatuor inquiri solent: scz de loco unde abiit:
de tēpore quādo recessit: de modo q̄ē tenuit:
et de fine ad q̄ē pigravit. Idcirco circa hanc
ascensionē predicta quattuor inquirēda sunt:
videlicet loci celsitudi: tempozis plenitudo:
modi rectitudo: et finis magnitudo. Circa
p̄. iiii. videlicet circa loci celsitudinem scien-
dum est q̄ xp̄us ascendit super omnes celos:
vt dicitur epb. iii. Qui descendit ipse est: et qui
ascendit super omnes celos. Est autem celū
materialē: rationale: intellectuale: et supsub-
stantiale. Celū materialē triplex est: scilicet
Aereū: vnde et aues celi dicunt per aera voli-
tantes. Matth. vi. Respice volati. ce. Et he-
reū qđ diuīsum est in vii. orbes planetarū et
firmamentum stellarū fixarū. Eccle. xlī.
Species celi gloria stellarū. Et empyreū
qđ est de pura luce in quo est paradisus et se-
des dei. Psalmi. Dominus in celo parauit se
dem suā. Celū rationale est homo iustus
ratione inhabitationis diuine: q̄ sicut celum
est sedes dei: sic ala iusti sedes est sapientie.
Celū intellectuale est angelus: angelī celi
dicuntur celi per similitudinem: quia sunt al-
tissimi ratione dignitatis et excellentie: pul-
cherrimi ratio nature et glorie: et fortissimi ra-
tione virtutis et potētie. Job. Leli. i. angelī nō
sunt mūdi in conspectu eius. Celū supsub-
stantiale est ipsa diuina excellētia de quo celo
xp̄s venit: et postea vsqz ad illud ascēdit. psalmi.
A summō celo egressio ei⁹ ic. Ascēdit ergo
xp̄s sup oēs celos materiales. psalmista.
Eleuata est magnificētia tua sup celos. Cu
sup oēs celos rationales. psalmi. Ponis mi-
bē ascēt. qui ambu. sup pennas vētoꝝ. i. san-
ctorū. Sup celos intellectuales. psalmista.
Ascēdit super cherubin. Et ascēdit vsqz
ad celū superficiale: videlicet vsqz ad
dei equalitatem. Var. vlti. Assumptus est in ce-
lū et se ad dēx. dei. Circa scdm videlicet cir-
ca tēpore plenitudinem videndū est quare
nō statim vt surrexit ascēdit: sed tot diebus
expectauit. Hoc autem fecit triplici ratione.
Primo propter resurrectionis certificatio-
nem: que difficultus probat̄ q̄ mors. Nam a
prima die vsqz ad tertiam vere poterat probari
mors et passio: sed ad verā resurrectionē p̄bā
dā plures dies requirebant. Leo papa. Qua
drageneary ideo cōpletus est numerus sacra
tissima ordinatione disposit⁹: vt dñ in hoc spa-
cio mora penitēcie corporalis extēdī: fides

De sanctis in mense maij occurre. Fo.cij.

resurrectionis documentis necessariis muniretur. Secundo propter apostolorum consolationem. Quia enim consolationes diuine tribulationibus superabundantur; et tempus passionis fuit tribulationis apostolorum; tempus autem resurrectionis fuit consolationis eorum: ideo plures debuerunt esse isti post illi. Et hec est ratio damasceni. Tertio propter mysticas significationes: ut per hoc de tur intelligi quod consolationes diuine tribulationibus comparatur sicut dies ad horam: quod patet per hoc et dominum. XI. horas mortuus fuit: quod erat tempus tribulationis: per XI. vero dies resurgens apparuit: quod erat tempus consolatiōis. Vnde glori XI. inquit horis mortuus fuerat: propter hoc XI. dies bus vivere confirmabat. Circa tertium: videlicet circa modi rectitudinem qualiter sez ascendit secundum est quod ascendit. Primo potenter: quia virtutibus propriis. Esa. lxix. Quis est iste qui venit de edon. et infra gradies in multitudine virtutis sue. Jo. iii. Nemo ascendit in celum: sed virtute propria: nisi qui descendit de celo. scilicet licet enim in quodam quasi globo nubis ascenderit. Hoc tamen non fecit: quia nubis officio indigeret: sed ut per hoc ostendetur quod omnis creatura parata est obsequi creatori suo. Ipse enim potentia sue diuinitatis ascendit. Et in hoc notatur differentia secundi quod dicit in historia scholastica inter christum enoch et hebreos. Nam enoch translatus est. Elias igneo curru subiectus: sed iesu propria virtute ascendit. Primus enim gregorum per coitum generatus et generans. Secundus generatus sed non generans. Tertius nec generatus nec generans. Secundo ascendit patenter: quod videntibus discipulus. Act. i. Videntibus illis eleveratus est. Ideo enim illis videntibus ascendere voluit: ut dicit glori. ut ipsius ascensionis testes existarent: et naturam humanam in celum ferri gaudenter: et ipsum semper desiderarent. Tertio letanter: quia iubilantibus angelis. psalmista. Ascendit deus in iubilatione. Dicitur quod hymnū illum ascensionis. Iesu nostra redēptione. ascende Christo angelis in personā humana nature cōposuerunt: et eadem forma et eodem tono quo ipsum canit ecclesia ipsum decantauerunt: quem apostoli audientes per spiritū sanctū mox didicerunt: et ecclie canendū tradidierunt. Quarto feliciter: quod comitatisbus sanctis. Nam predam quam inferno subtraxit: ad celos secum deducit. psalmista dominus in sinai sancto ascensō in altū captiuū dicit captiuitatē. Quarto veloci ter: quia velocius quod voluntib⁹ alii. psalmista. Volavit super pennas ventorum: non enim venti tanta velocitate impellitur. psalmista. Exultauit ut gass ad currendas viam regem. Valde enim velociter ascendit quodam tantū spaciū in momēto percūrit. Ambrosius. Saltu quodam Christus venit in hunc mundū et saltu velociissimo ascendit in celum. Circa quartū autem videlicet circa finis magnitudinē secundi est quod ascensionis christi decem fuerū fructus sive utilitates. Prima est insinuatio amoris diuini. Johā. xv. Ipsi ego abierto para. non ve. ad vos regem. ubi dicit Augustinus. Si carnaliter habita ueritis capaces spiritus sancti non eritis. Secundū da est maior cognitio dei. Job. xiiii. Si diligenteris

me gaude. utique: quia yado ad patrem. ubi Augustinus. ideo subtraho formā istam seruit in qua pater maior me est: ut deum specialiter vide posse. Tertia est meritum fidei. Leo papa in sermone. Magnanīus enim hic vigor est mentium incrementanter credere que corporeo non videntur intuis tu: et ibi figere desiderium quo nequeas inferre con spectum. Quartā est nostra securitas. ideo enim ascendit: ut nos tē ad patrem aduocat⁹ sit. prima Johā. ii. Aduocatum habemus apud patrem Iesum christum iustum regem. Securū accessum habes ad deum o homo: ubi mater est ante filium et filius ante patrem: mater ostendit filio pectus et uerba: filius ostendit patri latum et vulnera: nulla ergo poterit esse repulsa: ubi tot cōcurrunt charitatis insignia. Quinta est maxima dignitas: magna enim dignitas est quando nostra natura usq; ad dexteram dei patris exaltata est. Hanc dignitatem in hominibus angeli considerantes: qui in lege teri se adorari permittunt: deinceps adorare se prohibent. Apoca. xix. Lecidante pedes angelorum: ut adorarem eum: et dixit mihi: vide ne feceris regem. Leo papa. Natura hodie nostre humilitatis ultra cunctarum altitudinem potestatum ad dei patris est prouecta cōcessum. Sexta est spei nostre soliditas. Hebreos. iiiii. Habentes pontifices magnum qui penetravit celos: Iesum filium dei teneamus spei nostre cōfessionē. Hieronymus. Christi aēsēsio nostra est proœctio et quo processit gloria capititis eo spes tendit et corporis. Septima est vie ostensio. Mich. ii. Ascendit iter pandens ante eos. Augustinus. Uia tibi factus est ipse salvator: surge et ambula: habes quo noli pigescere. Octauia est ianue celestis apertio. Sicut enim primus adam aperuit ianuas inferni: sic et secundus pars dist. vnde cantat ecclie. Tu denuncio mortis aculeo aperuisti credētibus regna celorum. Non est loci preparatio. Job. xv. Clado parare vobis locum. Augustinus. Domine para: quod paras: et te nobis paras: quodam ante locum paras: et tibi in nobis et in te nobis. Decima et ultima est spiritus sancti missio. Job. xv. Expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiiero: paracly⁹ non veniet ad vos. Si autem abiiero: mittam eum ad vos. Hoc autem ideo Christus disposuit: ut spiritus sanctus a patre et filio mitti ostenderetur: ne si ante Christum ascenderet et mitteretur: a solo fortasse patre mitti putaret: et per consequens a solo patre procedere videretur: simus quod error suadet: contra quem est expressa auctoritas veritatis. Job. xv. Cum venerit paraclytus: quem ego mittam vobis a patre regem. ubi dicit Beda: quod ipsa missio ipsa est et processio.

De sancto Botardo episcopo et confessore. Cap. xxix.

Botardus ep̄i

scopus tempore sancti henrici imperatoris claruit: qui in alcensi monasterio enutritus: sub henrico duce bavarie ibidē abbas effectus monasterio laudabiliter profuit. Deinde mandato regis per diligissimum archiepiscopum herculanum.



Liber

ad monasterij veldenens. regimen promotus est. garen. et cremen. monasterij eidem in cura com missis: inde alohen rediens a sancto imperatore henrico ad hunc. episcopatu vocatus dudum re nuit. Cum autem domina nostra ei apparuerit: et enm in ecclesia duximus ut a crucifixo veniam pe teret induxit: ille prostratus humi ante crucifixum misericordia postulauit. Statimq; beata virgo versiculum illum concinere cepit. Infunde uincionem tuam cc. Quod ille intelligens: et diuine voluntati resistere metuens episcopari cōsensit. Et in episcopatu suo gregē dominici solicite procurauit. Cum a quadam nobili domina nomine sophia de possessione ecclesie infestarek: die quam ad eam accessit: et ipsam coram summo iude ce super causa ecclesie in proximo venturo festo purificatiōis citauit. Seqz cum quodam eius cle rico puer eadem hora migraturū post dies mō dicos esse predixit. Porqzna cum predicto pue ro languore detineri cepit. Et dum in festo ascensionis quod anno illo die transitus eius occurrit hora matutinali in ecclesia cantaretur antiphona illa. Ascendo ad patrem meum cc. Ille vna cum dī cto puer vna et eadem hora spiritu3 emisit. Post cuius obitum instantē purificatione festo: tunc subsequentē predicta sophia defuncta est. Quae uit in christo sanctus Botard. iiii. noī. māj. Decrater Bartholomeus.

De sancto Andoeuo epo. Cap. cxx.



Andoeus epi

scopus oppido sueonis nomine sauciato claris parētibus ortus frater sanctorum adonis et rhadonis sub rege francoz lo thario inde sub dagoberto in regali palatio regni negotia strenue ministrabat. Sed cum ad monachus factus fuisse: rhado thesauroz regalium curam habebat. Quo tempore sanctus eligius nouioneh. etiam in regis palacio clarus erat. Andoeus vero christo militare cupiens: a rege prohibebatur: sanctitate tamen prepollens subiecte preciosa cī licio vtebatur. In propriis possessione patrimonii monasterii construxit et dotauit: eiq; sancti agilium columbant discipulū prefecit. Deinde consentiente rege clericus factus defuncto romano rothomagen episcopo: andoeus eligitur: sed anteq; consecrari vellet: ad hispanias predicandas accessit: vbi et miracula ostendit. Nam quendā die dominico in molis laborantez: cui manus arida facta mole adheserat: subito penitentē sanauit. Secratusq; est eodem die cum sancto eligio nouio neñ. episcopo. In huius sancti cubiculo lux immēsa sepius celitus infusa conspicitur: et voces angelice secum colloquētes audiuntur. Dum semel pareciam suam circuens intra locum qui dicitur ad crucem sancti andoeui in curru sedens trans-

Quartus.

iret: et muli currum trabētes nullo stimulo vel verbere se inde moueri possent: episcopus in aere si gnum crucis fulgentem prosperit: vbi et crucem ligneam in testimoniu affixit: sanctorū reliquias apposuit. Ibiq; nocte sequenti columna ignea in aere apparuit. Tbi et postmodum monasterio fabricato: sanctus lefridus cum monachis plurimis domino seruauerunt. Manuq; quendam diuitem in extremis laborantem: promissione ab eo suscepit: q; in beneficii vicem cenobium constitueret: pristine sanitati restituuisseq; promissa complere curauit. Cuidam quoq; muto per. xi. annos loquelam amissam restituit. Et in verdūneñ. uibe oppressum a diabolo liberauit. Rexit eccliam suam annis. xliii. et nonagenarius ad dñm emigravit. iiii. noī. māj. ibi⁹ sepultus est.

De sancto Hilario episcopo. Cap. cxxi.



Hilarius Arela

ten. episcopus vir in sanctis scripturis doctus et doctor inclitus fuit. Qui paupertatis amator erga inopum prouisionem pietate mentis et corporis labore solitus grandi solerti cura pauperes aluit: et in docendo gratissimus exitit: multos sermones splendidos ad populum fudit: et plurima eruditio num opuscula compilauit: volumen grande sive xii. libris explicitu sermone splendido exarauit. Beati quoq; honorati predecessoris sui vitam ei multorum utilitate compositus. Finem vite dedit valentiani et martiani tēporibus tertio noī. māj. Decr. Gemnadius libro de viris illustribus.

De sancto Eutimo martyre. Cap. cxxxii.



Eutimus diaco

nus et martyris apud alexādriē ciuitatem pro christi fide ab infide libus christianitatem emulantis bus derentus: et dudum incarcerati ergastulovinculis arctatus: et inedia maceratus in confessione emitit spiritum. iiii. noī. māj. ut dicit Ado.

De sancto Hyreneo et socijs martyribus. Capitulum. cxxxiiii.



Hyreneus et per

egrinus martyres et hyrenis virgo apud thessalonicanam ciuitatem dum veritatem sacre fidei protestar austi fuissent: paganorum rabiie detentis: atq; insimul ignibus combusti palmas martyris percepserunt. iiii. nonas māj. Decr. Ado.

De sancto Joanne ante portam latinam. Capitulum. cxxxvii.

De sanctis in mēse maij occurrē. Fo. cij.



Johānes euā

gelistā ideo ante portam lati-
nam dicit: q; in r̄be romā in
ipso loco in fereūtis olei do-
lio missus diuina gratia inde
exiuit ille s̄. Nam vt in eius
legenda aliqualiter tactum
est. vj. kalē. ianuarij. Cum do-
mitianus imperator fecidā
post neronem in christianos
persecutionē excitaret: et beatus euangelis-
ta apud ephesum predicaret a procōsule ten-
tus iuxta edictū imperiale admonebatur chri-
stum negare: et a predictiōe cessare. Qd cum
apostolus recusaret dicens q; obediē deo ma-
gis q; bōibus oportet: procōsul eum in cui-
stodiā misit: t; de eo per l̄as impatoris sug-
gescit. Lui domitianus rescripsit: vt iohānem
cathenis vincū ab epheso secum romanā ad-
duceret. Cum ergo a procōsule ad r̄bem ad-
ductus esset: mādauit imperator proconsuli:
vt iohānē apud portam q; latina dicitur in do-
lium feruentis olei mitteret: prius tñ ipsum
more romano flagellis cederet: crines capi-
tie eius funditus tonderet: vt sic defpect⁹ et il-
lus s̄ oībus appareret. Tunc proconsul iuxta
mandatū Lēsaris iohānē ante portam lati-
nam adductum prius flagellari: deinde crini-
bus tondi fecit: ac dem̄ in dolium feruentis
olei mergit. Qui cōiectus in illud vinctus non
adustus devase ex̄it: t; tam a pena illesus fuit
q; la corruptione carnis immunitis permanxit.
Proconsul autē tanto miraculo stupefactus
eum liberii dimisisset nisi imperato: ē offendere
timuisset. Sed insulā patymos ipsū in ex-
lium duci fecit: t; sic furorez domitianī tēpera-
vit. In loco aut̄ illobi in oleū missus est: xpia
ni p̄cessu tēporis eccliaz eius nōs fabicarūt:
et festū eius ipsa die celebrare ceperit: videli-
cet pridie non. māj. Hic beatus ap̄ls t euā
gelistā in predicta insula relegatus apocali-
psim quā ei d̄ns reuelauit grecō sermone ma-
nu sua conscripsit: quā interpretati sunt iusti-
nus marty⁹ t hyxē⁹. Script⁹ t ep̄lam cano-
nicam cuius initiz est. Qd fuit ab initio t; q;
a cunctis ecclesijs t viris eruditissimis appro-
batur. Relique aut̄ due que iohānis intitulan-
tur: alteri iohānni presbytero ascribitur. Eu-
ius t sepulchri apud ephesum demonstratur.
Novissimus aut̄ oīm t finem scripturarū sua
versus cerinthiū aliosq; hereticos: t precipue
ebionitarū tunc dogma consurgens: qui asse-
runt christū ante mariam non fuisse. vñ eitam
compulsus est diuinam verbi natuitatē edice-
re. Nec hieronymus devirte illustribus. Re-

fert quoq; hellinādū q; euangelij cōscriptu-
rūs triduanū leiuiniū omni ecclesiē indixit: vt
digna deo cōscribere posset. In loco aut̄ vbi
euangelij scripserat: licet nullo sit operimēto
munitus: nihil hactenus imbris aut pluviū de-
cidit: vt per hoc apparent quantam ipsi loco
elementa vslq; in presens reverentia seruant.

De sancto Johanne damasceno
presbytero. Capitulum. cxxv.



Johānes ps.

byter cognomine damascē-
nus apud cōstantinopolim
floruit tēpoze theodosij ih.
imperatoris. Hic filius me-
sue saraceni apud damascū
exortus vnde et damascē-
nus dictus est ab annis pue-
rilibus cūtū iudeus in in-
daismo natu⁹ t educat⁹ liberalibus sciētis et
philosophicis imbutus: litterisq; grecis he-
braicis pariter t latinis erudit⁹ libros viles
in medicinalibus yrpoze peritissim⁹ medicus
confeicit. De iudaismo tandem adhuc iuuenis
ad christum conuersus constantinopolim ve-
niens sub anastasio secundo imperatore mona-
chalem habutum sumpsit. Et virgo permanēt
in amore beate virginis totum se contulit:
pluraq; dictamina in eius laudib⁹ cōpone-
bat: t cōposita scribebat: multisq; nobilis fi-
liis multa legebat. Cum aut̄ die quadā post
lectionem cum scholarib⁹ iret spatiādo: py-
rate saraceno⁹ eum subito rapuerūt t ad egyptū
ducentes cuidam saraceno dūti vendi-
derunt. Qui aduertens eius peritiam filium
suum eidem instruendū tradidit: t ipsum bo-
norifice tractauit. Qui puerum acerrimi inge-
nū infra paucos annos plenius erudiuit: ille
q; magistri modum dictandi t scribendi adeo
didicit: vt nec filium nec scripturā alterutri⁹
quis discernere posset. Oportuo vero ansta-
sio imperatore: theodosius factus imperator:
qui in iuuentute ei fuerat amicissimus: Johan-
nem precibus ac precio multo a saraceno re-
demit: quē constantinopolim deductum sum
cancelarium fecit: eiusq; consilio t industrie
curiam totam regendā commisit. Filius aut̄
saraceni quez docuerat iam magnus effectus
et glorie preceptoris inuidens: cogitans quo-
modo honorē magistri consequi posset: cōstan-
tinopolim veniens sub noīe iohannis litteras
confinxit: quas saraceno⁹ soldano dirigebat:
in q̄bus ei significabat: q; memor beneficiorū
in partib⁹ egypti t saracenis receptor⁹ liben-
tavellet soldanū grecie dñari: t q; imperator
exercitiū grecorū ad partes remotas cōducere
debebat. Et q; si cum gente sua ad r̄bē regiā

Liber

Festinaret: subito et sine obstaculo imperium grecie obtineret. Has autem lassas iuuenis ille in consilio causarum ex industria protectus et abiit. Reperi te igitur littere et imperatori theodosio exhibite: proculdubio iohannis epistole sunt iudicatae atque modo dictaminis et scripture. Captus iohannes imperatori presentatus: et an litteras illas scripsit: ipsum augustinus sciscitur. Iohannes respodet quod stilum et litterarum formam suum esse negare nequit: sed teste deo illas epistolas numquam scripsit. Cumque propter confusam respondentem adhuc maiorem suspicio esset contra eum: et quidam ipsum ut proditorum dicerent occidendum. Imperator fecit ei dexteram amputari: et proditorum suum et imperii publice proclamari: et ad perpetuam eius confusione manum in ecclesia sue abbatis suspendit: ipsumque ad monasterium suum iussit reduci. Qui sepius cum lachrymis virginis solarii implorabat: et iniuriam patientissime tolerabat. Cum autem quam die veneris nocte dei sabbati aduentis dum in oratione vigilasset: et truncum brachii virginis ostendisset: et post fletum leuiter dormitasset: virgo gloria eius apparuit: eumque confortare cepit. Ille vero ecce se nimis afferebat dolere: quia confusione suam et monachorum continue compellebatur aspicere: et quod de ea reperta dictamina non poterat: ut solebat scriberem nec corpus dominum de ipsa celerans amplius contrectare. Tunc beata virgo manus appensam: ut fibi per somnum videbatur: accepit et omni dolore remoto brachio restituit. Enigilans iohannes manum sibi restitutam inuenit: et que erat iam arida carne recentem consperie. Ipsaque de sacris induitus missam beatitudinis cunctis stupentibus soleniter celebravit. Imperator miraculum videnti iohanni veniam petens: ipsumque officio suo restituens honorifice eum pertractauit. Quesuitque ab eo si aliquem suum modum dictandi et scribendi docuerat: illeque cuius per ordinem ei narrat. Quesitus calumniator capit: et peccatum confites suspendio iudicatur: sed iohanni pro eo interueniente mox in exilium commutatur. Post aliquod annos sanctus vir officio renesciuit: et in monasterio suo degens in sancta religione vitam finiuit anno xxxv. etatis sue pridie non. mai. sepultus constantinopolis miraculis clarus. Hic sanctus doctor librum composuit orthodoxe fidei certam traditionem continentem in quatuor libris digestum: quem burgredius pisanius caudicis eugenio pape tertio de greco translatis in latinum. Librum etiam compilauit de vita et moribus saluatoris: et omnia christi et genitricis gesta ab incarnatione usque ad ascensionem seriose et particulariter continentem. Librum de laude virginis rhythmicu stilo latine composuit. Scriptis etiam vitam balaam et iosephath heremitarum. Aliosque plures elegantes sermones et tractatus perutiles compilauit. hymnos et sequentias et alias laudes in honorem genitricis et geniti metro dictauit: que quia greco sermone con gesta fuerant metro transferri non potuerunt. Et alia plura utilia digesta.

De sancto Lucio cyreneensi. episcopo.



Quartus.

Lucius episcopus

pus cyreneen. de quo sanctus lucas actuum. xiiij. mentionem facit: a sanctis apostolis primus apud cyrenem pontifex ordinatus est: quo officio predicatoris fidelissime peracto sanctitate et doctrina conspicuus quievit in pace pridie non. mai. ut dicit hieronymus in martyrologio suo.

De sancto Enodio episcopo et martyre.

Capitulum. cxxviii.



Enodius episcopus

pus apud antiochiam martyrius passus est: de quo sanctus ignatius scribit: quod primus ibidem ab apostolis episcopus est institutus. Qui apud eandem urbem sub persecutione neronis imperatoris glorioso martyrio coronatus vitam finiuit: ibique sepultus est pridie kalendas mai.

De sancta Flavia domitilla virginie et martyre.

Cap. cxxviii.



Flavia domitilla

la virgo apud taracinam campie ciuitatem sub domitiano passa est. Que cum esset flauis clementis consulit ex sorore neptis: Aurelio filio consulit nepti domitiani imperatoris in coniugium tradita est: datus sibi duabus eunuchis cubicularibus: videlicet nereo et archileo. Cumque puella auro et preciosis vestibus regeretur: nereus et archileus qui occulte christiani erant: eidem predicauerunt: et virginitatem multipliciter cōmenauerunt: intantum ut ipsa in christum crederet: et virginitatis votum emitteret. Quam sanctus mens papa baptizauit: et sacro velamine consecrauit. Quod audiens aurelianu sponsum eius a domitiano impetravit: ut virginem in eroe et archileo in pontianam insulam relegauit: putatas se per hoc positum virginis immutare. Postquam autem sancti martyres nereus et archileus martyrum passi sunt: ut dicetur infra in eorum passione. iii. idus septembbris. et ubi sancti marco eutycies et victorinus: qui etiam domitilla in fide confortauerant: agonem suum compleuerunt: ut dictum est supra de eis. xv. kalendas mai. Aurelianu virginem de exilio rediit: et duas virginem euphrosynam et theodoram colactaneas eius ut ei suaderent misit: quas tamen domitilla ad fidem conuerit. Tunc aurelianu cum spōsis dictarum puellarū et tribus toculatoribus et alijs socijs ad eā accessit: ut ipsam saltē violenter opprimere. Sed cum virgo xpī prefatos duos iuuenes querisset. Aurelianu eā in thalamū introduxit et ibidez mimos canere et ceteros saltare secū fecit ut ad libidinez magis accēsus ipsam postmodis violaret. Seq̄ cum mimi desiceret in ca-

De sanctis in mense maij occur. S. ciiij.

nendo et ceteri in saltādo: ipse tamē per bidū saltare nō cessavit donec in saltādo expiravit. Luxurius vō frater eius ab imperatore obtinat licētia oēs qui per virginē crediderāt inter fecit: et cubiculo rbi Domitilla cū Euphrosyna et Theodora morabatur ignē supposuit. Quae simul orantes spiritum emiserunt nōn. Mass. Quarū corpora sanctus Lesarius mane ille sa reperiens sepeliuit.

De coniunctione corporis sanctorū stephani et Laurentii. Cap. cxxix.

Coniunctio cor

Dioscor⁹ lector et martyris apud egyptum passus est. In quē prefens detentū multa et varia tormenta exercuit: ita ut vnguis carnēs ei⁹ effoderet et lāpadibus eius latera inflāmat⁹. Et celestis luminis fulgorē p̄territi ceciderūt ministri. Nouis simē laminis ardēt⁹ adust⁹ martyris sumauit. xv. kal. iunij. Nec hie ronymus in martylogio suo.

De sancto Venantio martyre. Lef. xii.



Venant⁹ martyris in ciuitate camerina passus

est tempore decessi cesaris. Qui a preside tenuit cum xpm dnm cōfiteret: primo quidē fustibus cefus deinde in carcere missus; sed ab angelo cōfortatus est. Inde eductus leonibus exponit. sed ipsi eius pedibus procubentes mansuetissimi redduntur. Deinde pedibus appensus verso deosum capite facile ardentis eius in vertice supponunt. Et cum hoc etiā genus supplicii tolerasset manus in peccatis extenditur: et ignis eius ventre solūmodo accendit: et sic in medīs partibus diutius incēsus affligitur. Nonissime cū oīa supasset: gladio caput eius preciditur. Corpusqz ipsius in eadē civitate a fidelibus tumulatur. xv. lal. iunij.

G De sancto Felice epo & martyre. Cap. xiiij.



Felix episcop⁹

apud spalatensem. v. bem sub maximiano imperatore passus est. Qui cum christi dominū predicaret a iudice comprehensus post plurima supplicia gladio cedens te martyris palmā adept⁹ est. xv. lal. iunij. Dec adō i martyrologio.

G De sancto Pudente discipulo & cōfessore. Cap. xliij.



Pudens cōfes⁹

for cuius romanus nobilis filius puniti illustris & priscille fuit: et maritus sabinelle: ex qua duas filias p̄creauit: scilicet potētia nā et p̄axedem. Quas utpote xpianissimus nō solum per manus pastoris presbyteri baptizari fecit: sed etiā in lege diuina plenius erudit⁹: et ad obseruantiam virginitatis induxit. Dic em̄ a beato paulo apostolo doc⁹ fuit: qui domini suā in ecclesiā edificauit: quā & per manus p̄ij pape consecrari fecit. Nutritor nāqz pauperi & succēptor peregrinorū summa ambitione fuit. Et post multa sanctitatis opera laudabilia in pace quietuit. xiiij. lal. iunij: vt dicit adō.

G De sancta Potentiana virgine. Cap. xv.



Potentiana vir

go filia fuit beati pudentis & soror prædictis nobilissima romana. Dec post mortē parentis vtriusqz omnem facultatem suā cum soiore dividens: ceperunt ambe ditissimū patrimonium vendere: & pecunias pauperib⁹ erogare: in ecclesia vō quam pater illarum construere rat in loco vrbis: qui dicitur in vico patrici: quam prefatus pater earum pudens in tūlo beati pastoris dedicauerat: cum consilio p̄ij pape baptisteriorū construxerunt: cupientes vt familia vtriusqz earum die sancto pasche baptizaretur. Quos a numero. xvj. manumissois beatus pius episcopus aquis salutaribus abluit. Ibisqz p̄ sanctos presbyteros & clericos die noctuqz diuina celebrari mysteria: et multis baptizari faciebant. Post multorum itaqz martyrum exhibitas venera-

biliter sepulturas: post omnes facultates sulas pauperum visceribus inclusas & Christo fideliter commendatas: potentiana in sancto virginitatis proposito de terris ad Christum migravit decimoquarto kalendas iunij. Sepulta iuxta patrem suum via salaryia in cimiterio priscille temporibus antonini imperatoris.

G De sancto Johanne martyre. Cap. xvij.



Johannes mar

tyz tēpōbus maximiani imperatoris apud alexandriā passus est. Dic primū vocatus neanias getilitate deditus a matre theodosia gentile primaria elie civitatis maximiano cesari antiochiae degenti presentatus: & ab eodem vix alexandrie effectus est: vt christianos ibidem persequeretur. Enī autē nocte quadā cū militib⁹ suis versus alexandriā iter ageret: luce celesti circumfusus: christoqz sibi visibiliter apparente ad instar beati pauli apostoli ad terraz prosternitur: in fide christiana admonetur: & ad dominū repente conuertitur: vēns igitur alexandriā crucem sibi secretius fabricari fecit: in qua diuinitus nō men domini emanuel sculptum repperit. Et cum exercitus agarenorū alexandrie fines invaserent: et alexandrino filias rapuerint: ipse collecā gente sua crucem illaz deferens agarenos penitentia numerables in fugam vertit: eorū multitudinem cecidit & stravit: nullo de suis vel ad modicum vulnerato. Renersus autē a matre que ipsum alexandriam secuta fuerat inuitatur: vt dij p̄o triūpho habito immolare. Qui tēplū ingressus idola argentea confregit: & pauperib⁹ erogavit. De quo a theodosia matre maximiano delatus est. Qui ab antiochiae per litteras ultionem presidi mandauit: vt neanias tentū immolare cōpelleret: aut diversis suppliciis puniret. Ultio igit̄ iohannem cōprehensum: & idolis sacrificare abnūtem in equuleo suspensus fecit: et a quattuordecim viris vicissim diuīns lacerari: sicqz quasi mortuus in carcere trudi. Nocte vō a rho cū angelis & luce numis sibi apparente confortata: plaga omnibus sanus reddid̄: nomēqz sūi primū quod erat neanias iohannis nomine cōmūrat̄: inde eductus et sacrificare suus cū tēplū introisset trīgintā sex statuas idolorū euerit. Quapropter multi de militib⁹ in dño crediderūt: qui a sancto leontio epo baptizari ab ultione preside in christi confessione decollati sunt. Iohannes vō ferro onustus iterum in custodia detinebat: vbi existens duodecim mulieres ad se venientes cū matre theodosia conuertit ad xpm. Quos vt xpianas preses cōpernit ipsas omnes equuleo suspensas & vnguis laceratas ac lateribus adustas carceri tradidit vna cū theodosia matre iohannis: que sanctas illas martyres in carcere resouebat. Ipsaqz omnes leontius baptizauit. Sequēti vō die inde omnes cum theodosia educte: primo lapidibus ora earum contusa sunt: deinde extense et virgis cese: et post hec manicis ferreis cādētibus aduste sunt: nouissime decollate sunt. **G** Post hec autē sanct⁹ iohannes

De sanctis in mense maij occurren. Fo. cxliij.

eductus instrumētis ferreis facie concisus cerui ce plumbatis percussus. Iterū carceri mancipatur: vbi in lata miracula fecit et demonia eicit: multosq; ad xp̄m convertit. Interea defuncto vltioe a flauiano successore eius gladio necari iubetur. Sed dum illi spiculator percutere vellet mortis subito: et iohannes ad presidem reducitur. A quo iterū appensis nervis cedat: carbonibus incendiatur: plagiisq; sale perfundit. Dehinc ante ip̄m de positum idolū sūstittut: tibusq; in manu eius impoñitur: et ignis subtermittit: ut vel thurificaret: vel manū exureret: qui cū per duas horas manū in igne immobiliter tenuisset: tertio intra carcerem appendit lapidibus in pedibus alligatis. Sed ab angelo solutus et oīa eius vulnera solidata sunt. Deinde in caminū ignis infectus flamma dispersa ministris adiutis: ipse illesus permāsit. Nonis simi iubete flauiano gladio in gutture pessus: et lancea in pectore transfixus martyris consumauit ih̄s. Ikalendas iunij. Sepultusq; est alexādrie circa annū dñi ducentesimum et octuagessimum quartum. Corpus vero eius inde constantinopolim translatus. Inde a iohanne pio monasteri sancti danielis de venetiis surreptum: et venetas ad ipsum locum delatū est anno dñi millesimo ducentesimo et decimoquinto. nonas iulij. vbi et quiescit miraculis crebris pollens.

De sanctis calocero et Parthe mio martyribus. Cap. xvij.



Calocer⁹ et par-
themius rome passi sunt sub de-
cio cesare: qui cum essent enni-
ebi tristipontie yros dechir: prior
quidē prepositus cubilicul: alter
vero primicerius deprehensi ab
impatore q̄ essent xp̄iani: nolens
tesq; sacrificare idolis ab eodez
gladio occisi sunt. Quorū corpo-
ra via apia a fidelib⁹ sepulta sunt. xliii. lkal. iunij.

De sancto Celestino papa primo
et confessore. Cap. xviii.



Celestin⁹ papa
huius nominis primus natione
romanus ex patre p̄fco. Boni-
facio pape primo in episcopatu-
romano sucessit. sediit annos
viiij. menses. ix. Hic cōstituit ut
psalm⁹ Judica me deus tc. dice-
retur ante introitū missar: et psal-
mi dāuid ante sacrificiū cum in-
troitu psallerentur cantando ex
obis antiphonatiū: quod antea non siebat: sed
epistola pauli: euangelii dicebantur. Et ex hoc
instituto excepti sunt introitus de psalmis et gra-
dualia similiter et offertoria ante sacrificiū. Hic mi-
sit sanctū Britium filium et successorem scilicet martini
turonensis in britāniā et convertit oēs ad fidēi.
Thuius etiam tpe tertia synodus uniuersalis
ephesina ducentorū patrum collecta est ephesi:
iussu pape huius celestini et theodosii iunioris.
In qua damnatus est nestorius duas personas

in xpo afferens et condemnatus anathematis co-
firmatum est in xpo vna esse personā in duabus
naturis. Et vt beata maria theotbecce: id ē mater
domini appelletur. Qui etiā sepultus est in cimi-
terio p̄scille via apia. Et cestauit episcopatus
dies vigintinouē. Hic predicte ephesine syno-
di decretum dictauit: et in unum volumen clausit:
atq; ad omnes ecclesiastis direxit.

De sc̄to Celestino papa quinto Cap. xix.

Celestinus pa-
pa huius nominis quintus alio
nomine dictus petrus de muro
no nicolao pape quarto: qui fuit
de ordine minori in chātu roma-
no sucessit anno dñi millesimo
ducentesimo et nonagesimoqua-
to. Seditq; in apostolica sede
mensibus sex: et dies quattuor:
videlicet a. vii. lkal. iulij usq; ad
līi. lkal. ianuarij. Cū emi sedes aplica p̄ obituz
dicti Nicolai quarti: annos duos: et mēses tres va-
casset ad suū pontificē dñi latini cardinalis hostēsis
ordinis predicatorū iste in summū pontificē ele-
ctus est. Qui vocatus petrus de murone ante pa-
partū heremitā vitam dicebat et multis bonos
discipulos fecit. Fuit aut vir magne abstinentie
et honestis: ac regi karolo deuotus. Qui vbi elec-
tus est pontificis renuebat: sed ad magnā ins-
tantia karoli et totius regionis recepit papatū.
Fuit aut electus perusij: postq; creatus est de
cōsilio regis karoli noluit venire ad locū cōmu-
nem vbi electus fuerat: prout ei scripserat cardि-
nales: s; mandauit eis vt ad se venirent: ipse aut
venit aquilā: quo et cardinales ad eū venerunt ibi
q; coronatus est. Sed anteq; de perusio cardina-
les recederent dñs latini infirmatus perusij de-
cessit. Fueruntq; in coronatiōe ipsius plusq; du-
centamilia hoium. Ad quē multitudo maxima co-
ueniebat: tū propter pontificalem dignitatē: tum
propter sanctitatis famā. Statimq; post eū crea-
tionem ad petitionē regis sex cardinales fecit: vi
delict dñm Landulphū de neapoli: fratrē Tho-
mam de ordine suo: et archiepiscopū beneuentu-
num: dñm Guilelmū de pergamo cancellariū re-
gis karoli: dñm Johannē monachū archiepisco-
pum lugdunensem: dñm Heraldum archiepiscopū bō-
turicensem. Hic in gratiis fuit largissim⁹ adeo:
q̄ etiā indiscrete faciebat: ut pote q̄ in expertus
plerūq; diepiebatur: vnde a cardinalib⁹ indu-
ctus sub cōscientie pretextu incitabat ad renun-
ciandum. Qui ad petitionē regis karoli neapo-
lim venit. Sed dñ rex ipsius renunciationi oīmo-
de obinaret: hoc nō obstante: vir sc̄ti bona con-
scientia motus: primo facta cōstitutione: in quib⁹
casibus papa resignat pōt: resignauit papatū
in manib⁹ collegi: facta festo dominice nativitatis:
quā renunciationē ei⁹ successor bonifacius
autenticauit: quam habes de renunciatione libro
sesto. Qui fidem facit: quod fecit clemens papa
primus huius nominis: vt in catalogo pontificis
habetur. Post cessionem vero ad electionem p̄p-
cessum est neapoli sub rege karolo. Et electus

Liber

Quintus.

est dominus Benedictus caetanus diaconus cardinalis: postea vocatus bonifacius octauus quod fuit anno dñi millesimo ducentesimo et nonagesimo quarto. Celestinus autem sedis a septimo ieraclensis iulii usq; ad. iiii. iulian. ianuarij. Et cū post sessionē ad heremū redire yellet: Bonifacio sic ccessore detinetur: in quadam castro dicto suniculus in honesta custodia non tamen libera concluditur: ubi miraculis clarus postmodū morit. xiiii. iulian. iunij. Et in quodam sui ordinis monasterio: quod dicitur sancti Antonij retro altare sepe litur. Anno dñi millesimo trecentesimo secundo. Et a clemente papa quinto apud auinion. post modum canonizatur millesimo tricentesimo et decimo miraculis eius in orbe propalatis.

De scto Celestino confessore. Cap. xx.



Celestinus confessio et monachus floruit tempore Theodorei iunioris. Qui de monasterio suo ad parentes in modum libelli scripsit epistolam oibus deum desiderantibus necessariam: sanctitatem conspiquam: sermone luctulentam. Cu*ius exhortatione vite ipsius profectio deprehendi potest: quia vir sanctus non potuit aliter do-*

cere quam vixerit. Nec vincentius in speculo.

De scto Iuone presbytero. Cap. xi.



Iuo presbyter et noui confessio apud trechozen. civitate claruit in diebus nostris canonizatus per clementem papam vi. Hic ex britannia patrel habebat: matre azora eam carnē nobilitate seculi: pollutibus genitū in vico ville martini iuxta trechozen. civitatem constituto ihu tritus ab annis infantibus denote deo seruirecepit. Qui anno dñi. xiiii. partius missus fuit: ibi quod in scientiis primiū optime fundatus ad studium surensenit. Se trāsluit pro sacre theologie et canonī scientiis acquirendis: ubi tam studiorum gratia: per scititatis a vinoque lautis ferulosis: ac delitiis cunctis abstinuit: et corpus macerans orationibus vacabat pudicitia perpetuo seruās. Inde ab archidiacono redonente pro iudice curie postulatus gratis acceptans officium ipm cum multa charitate et sollicitudine exercitabat: et nibilominus quotidie ad lectionē theologie intrabat: misericordibus plenis operibus subuentens: iusticiā sumopere souens: unicos persequebat: et discordes ad pacem reducens: operibusque mie iugiter intendebat. De cuius fama postquam ad episcopum trechozen. peruenit: ihm in viuuerale sue curie iudicē assūmptū. In quo officio postquam aliquo tempore virtuose se gessebat: ad meliore vitam. s. contemplatiū trāstire cupiens officio resignauit: et ecclesiis parochialis de iobenech cuius erat rector: seruitio se prorsus mancipauit. Pannos delicatos quos p̄iō iuxta statum suū yestierat oīno dimisit: et vestes rudes

albas' modici' preceps induit: indeq; habitum: act religiosum portauit. Cilicio carnes domuit: cum cisticis iunctis ab ecclesia indictis in pane tantum et aqua ieiunauit: ceteris diebus mira corpus abstinentia macerauit: oratione et contemplatione majori tempore vocabat. Aliq; integra septimana solus in sua camera contemplationi intentus perseverauit: nullo cibo corporeo sustentatus: qui tñ extens nullā in facie debilitatē ostendit. Odis sam etiā diebus singulis celebrabat. Lui aliquando dum corpus dñi eleuaret: globus ignens super caput eius cunctis videntibus et stupentibus apparuit. Pauperes in domo propria charitate suscipiunt: eis largiter ministrabat: nec nunquam sine pauperibus hospitibus esse yolebat. Nam pauperem vnu cū uxore et iiii. filiis per nouem menses in domo retinens eis de victu et vestitu prouidit. Domum etiā quandam disponuerat iuxta suā cum lectis et alijs necessariis pro suscipiēdis egenis: quibus ipsem in vilibus ministeriis obsequēs sepius cū eis in mēla comedebat: multis miraculoz signis effulgit. Cu*ius in domo sua p̄ eiū* um vnicus panis solūm repertus est: et beatus tuō multis venientib; pauperibus subueniri vellet: vicario murmuranti medietates panis dedit: alia inter pauperes diuisit: medietasq; prima diuisa cunctis ad eum satificat. Cu*ius ait in mensa cū vicario* s̄dicto federet mulier alias iunisa tres panes maximos et candidos viro dei presentavit: et ab eo inuitata dum recubuisse subito nūc coparuit. Alias etiā de vnicō solo pane quē babebat infinitos quasi pauperes ad se venientes refecit. Alias quoque pauperi elemosynā petenti cū nūc aliud dandū haberet caputū suum prebuit: et discooperito capite trāsiens post iter medie leuce idem caputū in capite suo sibi reposuit diuinus inuenit. Cu*ius maxima famae regionē* occupast ipseque famulis mandasset: ut frumentū quod habebat in area reposūt: pauperibus distribuerent. Illoq; triticū quasi totū ex arca surto sublati inueniēt: sc̄tūs confessio in orōne se dedit et redeuntibus famulis arca frumento repleta inuenta fuit. Oulier quedā longa infirmitate detenta dñi se cum discumberet: et comedere nō valens vnu de calice in quo ipse bibebat sumpsisset cōtinuolis liberatur. Quendā etiā virū triēniō a spū maligno veratū in lectulo suo vna sola nocte ad quietēcum secū cōponens mane a demonē erupti ad propria remisit. Cu*ius quidā hoīe p̄ ponte edificando* trabes plurimas cōgregassent ipsaque ligna nimis breuis ad opus inūcta fūssent: oīone sc̄ti trabes ad loci sufficiētiā prolongate inūte sunt. Ad domo cuiusdā signo crucis edito sine villa reū amissione ignē penitē effugauit. Cu*ius in domo tota tā incēdio* conflagraret. Matrē et filiū dudu inter se discordes missam p̄ eis celebrans ad pacem reduxit. Pro ecclia dei et pauperib; cōtra magnates quoque se opponebat: et in cursu iudicium pro eisdē aduocans intrepidus assistebat. yrbes etiā et vicos circuēs verbū dñi sollicitē fidicabat: et multos ad p̄niam cōuertebat. Qui dum semel ad fidicandū accederet: et pontē quendā transire deberet: inuenit eū ab inundante flumine occu-

De sanctis in mense maij occurre. Fo.cix.

patum: sed signo crucis edito aque mox diui-
cuntur: et postque scitis transiit subito ad statu[m]
pristinu[m] reuertuntur. **C**ui pauperem quedam
vicerorum et respectu ac habitu vil[em] ad men-
sem invitasset: et ambo in ead[em] scutella come-
derent: repete pauper ille pulcher et splendi-
dus nuncius induitus apparuit: et post morula
ex oculis o[rum] euaniuit. **A**lias etiam eidem ad
mensam sedet[em] aus[us] quedam candidi et viridis
coloris sup[er] euz resedid: que etiam a scotio manu
se capi p[ro]mittens dudu[m] in mensa quieuit: nec ni-
si ab eo licentia recessit. **D**ie quadam dum
in sacrificia ecclie sue pro defensiōe thesauri
domus dei: quē quida ex clericis distractabere
volet[ur] sederet: columba splendida superuo-
lavit. **L**u[n]is fulgore tota eccl[esi]a coruscavit.
Hospitalatus: a quodam nobile et in camera sua
ad dormiendū positus: media nocte ipse no-
bilis diuinus excitatus et monit[us] ut ad came-
ram suā iret: illuc accessit: iuronē abiisse vidit.
enquest requiriens in cōcava rupe p[ro]fam agen-
tem inuenit. **O**bicitu[m] suū sibi a dno reuelatū
et preciuit et pdixit: et dñs infirmus decubueret
numque abstinentiā consuetam dimisit. Ad ex-
tremaque deueniēs sumpto viatico et sacra vin-
ctione: per totā noctem dei sabbati apertis
oculis ad crucē intentus perficit[ur]: in silen-
tio orans in aurora sequentis diei dñice que
fuit infra octauā ascensiōis decimono[n]e mē-
sis maii: videlicet decimoquarto iulianis spi-
ritu deo feliciter emit[ur]. **E**ius corpus in eccl[esi]a
trechorū sepultū quiescit: et in miraculis
que p[er] eū xps ingiter opera glorio[s]us yuit.

De scitis Eustathior sochis mar. Cap. xxij.



Eustathij cu[m]
viro Theopista et filiis aga-
pito et Theopisto rome sub
Adriano principe passi sunt.
Tib[us] enim traiani impa-
toris erat quidam magister
militiū nomine placidus qui
licet gentilis et: operibus
tū mie et hospitalitatib[us] assi-
dius et iustitie intentus: op-
pressis subueniebat. **C**ui vro[rum] nobilis duos fi-
lios p[re]creauit: quos ipsa mater p[ro]pria educa-
uit. Erat autē strenuus ac potes in bello: et o[rum]
barbari subiugabantur ab eo. Et q[uod] miseri-
cordie operibus infestebat: ad viam veritatis
meruit illustrari. Quadā die cum venationi
infisterat: cunctis circa gregem ceruorum insi-
stentibus militibus suis: ipse vnu[m] ceteris ma-
iore in siluam vastiore insecurus est. Et cu[m]
in quadā rupis altitudine cōscendisset: et pla-
cidus ut eū caperet appropinquasset: iter cor-
nua ei formā crucis fulgentē ut sole: et imagi-

nem xpi consperit: territusque de equo ad ter-
ram cecidit. **E**ps vero p[er] os cerui sicut olim p[er]
aslinam balaam et locutus est dicens se esse
christū quem ille ignorans colebat. Et cuius
ad eum elemosyne ascenderent: quique illius
gratia ad aīal illud deuenerat. **C**ui en placi-
dus peteret: se reuelari plenus quod ēt. **E**ps
ei per os cerui mysteriū mundane creationis
et humāe redēptionis: divineque incarnationis
passionis et resurrectiōis patefecit addēs ut
se baptizari ficeret: si ab eo saluari vellet.
Sandās ut p[ro]missa sue cōiugi nūcioret: et
ipsa quoque secū crederet: die sequenti ad ipz
locum reuerti deberet: cui dñs que ei futura
ēent plenus panderet. **P**lacidus igitur iam
perfice credens: de fide nostra informa-
domū rediit: et dicta omnia vro[rum] referavit:
que nocte p[re]cedente christū sibi apparuisse di-
cebat: et sibi prenunciasse q[ui] ipsa cu[m] viro et filiis
ad se accedere deberent. Nocte igitur media
perrexerūt sūmul placidus et vro[rum] cu[m] duobus
filiis suis ad psbyterū vrbi iohannē occulite
omni eorū familiā ignorāte: qui eos in xpi no-
mine baptizauit: et placidū enstatū vro[rum]
theopistā: duos vno filios suos parvulos aga-
pitum et theopistū nominauit. **N**ane autē
eustathius sub pretextu venatiōis cu[m] paucis
militibus exiit: et ipsos quasi ad feras iuesti
gandas circu[n]qua[m] dispergens solus ad locū
accessit: vbi et formas prime visionis asperit.
Dns em[e] eidē apparuit eumque de precep[to] la-
uacro cōmendauit: multasque et duras ei ten-
tationes futuras pdixit: et vt patiēter oia tol-
raret: et cōtra diabolū dimicaret admonulit: ad
dens q[ui] p[re]tatiōes durissimas et varias ope-
ret et alterū Job mīndo demonstrari. Qui
in oratiōe prostratis ad oia se paratiū offere-
bat: virtutē tñ p[ro]stante sibi donari a dno sup-
plicabat. **S**ic dñs celos eustathio conspicie-
te cōscendit: et ipse domum rediens hec oia
coniugi nūciavit. **P**ost paucos igitur d[omi]n[u]os
egritudine pestifera cuncti serui eius et an-
cille interierunt: vt ne vnu[m] quidem ex miraculo
lo remaneret. Deinde post aliquot dies equi
et omnia pecora eius: et diversi generis ani-
malia mortua sunt. Qui quasi ad pestilentia
elutandā: discessit de domo sua cum vro[rum] et
filiis. **Q**uidam autē scelestes per noctem in
domū eius irruerunt: et cuncta asportantes:
domū auro: et argēto: et rebus omnibus spolia-
runt. Ipse vero cum vro[rum] et filiis nudus au-
fugit. **C**ui cum ruborē verentes ab vrbe oc-
culte discesserunt: vt in egyptum pergerent:
tota eorū possessio per malorum rapinam ad
nihilum redacta est. **I**mperator autē totusque
senatus pro tam strenuo viro multū dolebat:
de quo nullū iudicium habere poterant. **cu[m]**

ergo iter agerent. Eustathius cū uxore & duobus
parvulis appropinquarent martyris nauē patro-
ni barbari ascendentes in ea nauigare ceperunt.
Dñs autē nauis uxorem eustathij speciosam cōcu-
puit. Et cū transī etassent ab eo nauum exegit:
quo nō habēte vnde solueret: uxorē pro nautis re-
tinuit. Et cū Eustathius cōtradiceret: ipm in ma-
re lactari mādauit. Sicqz sc̄tis martyri uxorē re-
liquit: & accipiens infantes nauem cōcitus exiuit
et abiit. Cūqz ad fluminū peruenisset: ppter
aquaui inundantiam nō est ausus cū duobus par-
vulis pertransire: sed vñi maiores in ripa depo-
suit: & alteri minorem transportauit: & dum pro
alio rediret circa medium fluminis eēt ecce leo
maior: minore vero lupus inuasit: & aportauit.
Qui capillos euellens & deflens: fe in fluminū ne-
care voluit: nisi illū diuina prouidentia custodis-
set. Pastores autē leonem viuū puerū aportantē
infecuti sunt: quē leo intactum dimittēs aufugit.
Similiter aratores post lupum inclamantes alte-
rum infantē in columē liberarunt. Utriqz vero pa-
stores & aratores de eodē vico existentes pueros
nutrierunt. Eustathius vero hec nesciēs: sed pao
uxore & filiis admodū dolens cum lachrymis ad
quendā vīci deuenit: & sibi mercede p annos. xv.
agros illorū hoium custodiuit. Filii vero in alio
vico nutriti se fratres eēt nesciebant. Dñs autem
uxorē eustathij intactā conservauit: quā ille bar-
barus mox preuentus incognitā dereligit. Que
apud matronā viduā degens: viridariū eius cu-
stodiebat. Imperator autē a barbaris molestati:
placidiqz recordatus tēlē se hominē amississe do-
lens missis militib⁹ ipm p yniuersas mādi par-
tes requirebat. Promitēs his qui eū inuenissent
diuitias & honores. Duo autē olim ex militib⁹ pla-
cidi adiel⁹ vīci deuenēt. Quos eustathius re-
cognoscēs: sed ab eis incognitus eos in hospitiū
sūi duxit: eisqz benigne ministravit. Et recorda-
tus status sui lachrymas cōtinere nō valēs sep̄
eriens fleuit: & inde lora facie ad eos introiuit.
Quā illi paulatim discernentes: ipm tñ ex cica-
trice quā in fronte gestabat quāqz in bello habue-
rat recognoverūt. Quē amplexāt: & vt siuū
dñm honorantes cū ipm de uxore & filiis interro-
gassent & ipse osa exposuisset: cōcurrētibus oib⁹
vicinis & qualis placidus fuerat audientibus: p
enī iuxta cōignum non tractauerant: enīam po-
stulabant. Sicqz milites ipm honorifice induitū:
romā ad traianū imperatore deduxerūt. Qui ei⁹
audiēs aduentū eidē occurrit: ipm vidēs in oscn
la eius ruit. Cūqz ei eustathius q̄ ei cōtingerant
enarrasset: & imperator ipm ad officiū pristini re-
stituisset. Eustathius numeratis suis militibus:
cū paucos contra tot hostes repperisset: iussit ty-
rones collegi p vicos & ciuitates: vnde & terra il-
la in qua filii ei⁹ enutriti fuerant cū duos tyrones
dare teneret filios eustathij in uenes aptos ad
exercitus destinarunt. Eustathius vero eos ele-
gantes vidēs & moribus compositos: inter cōni-
uas suos eos ascripsit. Profectus igitur ad bellū
ex hostib⁹ triumphauit: & rediens victor exerci-
tum sūi triduo in loco ubi cōiunx eius morabat
quiescere fecit. Duo vero adolescentes in matris

tabernaculo: matre tñ incognita hospitati sunt.
Et sedētes circa metūcē & mutuo cōfabulantes
exponebant sib̄ huiusc q̄ recordabānt: vel q̄ ad eo
rum nutritoribus audierāt de infantiā sua. Et cū
maior minori osa enarrasset: ille ecōtra q̄ a rusti-
cis audierat retulisset: fratres se mutuo ample-
xantes: p cēt germani recognoscēbāt: qui tñ eo
rum parentes fuissent aliter nesciebāt. Qd cūz
mater eorū audiūs: dñ apud se tractanit: an il-
lī filii sui eēt. Altera autē die: magistrū militū
adīt: & enī interpollans ola acuērta que sibi cōti-
gerant enarrauit. Qd ille audiēs eā uxorē suaz
esse recognouit: & illa ipm virum sūi comparuit.
Sicqz alter in amplexus alter⁹ irruevit. Cūqz
theopista virū filiū de filiis quesuisset: & ille ipsos a
seris denotatos assereret: cūcta qz p ordinē enar-
raset: & illa ecōtra q̄ a duob⁹ inuenībus audie-
rat retulisset: vocati sunt inuenīes illi a magistro
militū: & qui fuerāt interrogati. Qui dñ ola eorū
gesta put recordabān vel audierat retulissent:
cognouerūt parētes p filii sui eēt. Et ructes in
oscula inuicē cōgandebāt. Qd qz exercitus tā de
habita victoria p de inuentiōe illorū plurimū le-
tabat. Cū ergo rediret ad vībē traianū defunctū
repperit: & adrianī paganiſsimū & crudelē ei suc-
cessisse inuenit. Qui tā pro victoria suscepit p
inuentiōe suoz eustathij magnificē suscepit: &
magni coniūniū preparauit. Altera vero die tēs
plum deorū adīt sacrificaturus p victoria bar-
barorū. Quo dñ eustathius intrare nollet: eūqz
impor: xpianū cū uxore ac filiis didicisset: eos
nudos in barens statuit: & eis leonē ferocē dimit-
ti fecit. Qui demissio capite eos adorās a sc̄tis hu-
miler recessit: ppterqd miraculū multi gentiliū
cōvertuntur. Tunc impator bouē enēi incēdi ius-
sit: & sc̄tis introcludi mādauit. Qui orantes & se
dño cōmēdantes ac p se in oī periculo inuocā-
bus dñi orantes: bouē intrauerūt: & in pace spiri-
tum dñ reddiderūt. Tertia vero die de bone edu-
cti sunt sic penit⁹ iusti: vt nec capillos eorū ignis
terigisset: nec pilos corporis cōsumpisset. Quo
rum corpora a xpianis digno honore tumulante: vbi
in eorū memoriā oratorium fabricatur. Qui passi
sunt. xii. kalendas iunij. circa annū domini. cxl.
Cē setā Babilla virgine & mar. Cap. xxii.



Babilla virgo

martyr ex regio genere neptis
galieni impatoris fuit. Cū autē
ad eugeniam virginē rome existē-
tem multe sancte virgines con-
uenirent: illa ad eam peruenire
non valens: per internunciū ei
significat: qualiter xpo seruire
cupiebat. Ad quam eugeniam eu-
nuchos suos pthū & biacynthū
quasi sub specie ei famulandi destinavāt. A quis-
bus sancta virgo latenter edocta & a sancto co-
nelio papa baptizata est. Sed ab una ex ancillis
suis: p eset christiana pompeio ipsius illustrissimo
sponso accusatur. Et ab eodem subito super-
ueniente cum protho & biacyntho orās in cubicu-
lo inuenitur. Cūqz post multas perflusōes ipm

De sanctis in mēse maij occurren. Fo. crvi.

babilla a se repulisset: misit ad eā multas matronas: que ipsam ad cōiugij inuenis portabantur. Quod cū illa omnino renueret: et matronas oēs licetiaser. Pōpeius ih̄us spōsus Galieno imperator virginem accusauit. Et decretū est ab imperatore vt aut spōsum suū acciperet: aut gladio in terret. Conuenta de hoc respōdit se xp̄m regem regi spōsum habere. Et renuēs assensum preberet: q̄ ex imperiali genere erat et publice audiri nō poterat intra domū suām gladio tranfuerberata est. xiiij. kalē. Iunij. et via salaria sepulta.

De sancto Baudelio martyre. Cap. xliii.



Baudelius subdiaconus et martyr apud nemus galliarum vrbē passus est. Dic cum die quadam super caput sc̄ti euērū ecclesīa cōfēcrātis vidisset luce celitus effusam: et manū dñi se benedicēt ad martyriū quasi diuina inspiratione astatuēt est. An diēs aut gothorū rabiē in galliis perstrepare nemus galliarum accessit: et gentiles sacrificantes redarguere cepit. Ab eis igit̄ detextis diuisi supplicis afflictus: fūtūlūs cēsus: in equile fūtūlūs: et diuitissime tortus: atq̄z lateribus flāmis adustus cū in fide xp̄i immobilis inter oīa tormenta persisteret: nouissime bipēni capite cēsus est. de cuius corpore sanguis emanans in lac cōuersus: multos egros inde perfulos sanauit. Hora quoqz decollationis eius voces angelice psallētes audire fuerūt. Corpus aut eius a fidelibus in ipavrbē tumulatis est: ecclesia desuper edificata. De cuius tumulo laurus arbor exorta et mirabiliter per ecclesiē parietē egressa multo tpe ibidē permāst. Luius solis tacti lagūndi curabātur: demonesqz ex obcessis coporibus pellebant. Qui pasus est. xiiij. kalē. Iunij.

De sancto Austregisilio epo. Cap. xxv.



Austregisilius episcopus bituricēn. floruit in galliis tpe heralch imperatoris: ut ait sigibertus. Quid intercederat vir tuti miracula: cū molēdinarium qdā die dñico vellet molā emēdere: ipsamqz dñi tereret: eius manus ferri manubrio adeo adhesit q̄ nullo modo poterat amouerit. Lungz ad sanctū epm cōfigislet: ihm penitentem et delictum consistente cōfestim vir dñi liberauit. Sepultusqz est biturice. xiiij. kalē. Iunij. vbi signis admirandis resulget.

De sancto Constantino imperatore. Cap. xxvi.



Constantinus magnus imperator: sc̄tissimus quāuis a pluribus latino et iustus et sanctus reputet: a grecis tamē in sc̄to et catalogo expressius nominatur. Huic pater constantinus imperator quinā cū Galerio maximo imperauit: anno. xxiij.

imperij sui constantinū filium suum ex obscuriorē helene olim cōcubine matrimonio sibi natum: vt diceſ in legenda helene matris sue. xv. kalē. septembriſ. ad imperij seū tuit: qui imperauit annos. xxx. menses. x. dies. xij. Aimo aut eius imperij quarto maxētū maximini filij rome augustinus creatus est. Licinius dacia orūndus cōstantie sororis constantini vir carmenti in imperatore creatur. Itaqz resp̄ublica tunc sub nouis quat tuor principibus fuit constantino et maxentio filij auguſtorū: licinius autē et maximino hominibz nouis. Deinde quinto p̄secutionis anno inter constantinū et maxētū bellū exortū est. Maxētū se pe multis p̄elijs fatigatus: ultimo ad pontē molinum interfectus est a constantino. Maximinus xp̄iane persecutionis intentor apud tarsum dum contra lecinū bellum disponit interiit. Post que constantinus apud danubium de barbaris victoriā obtinuit: ut habitum est supra in inventione crucis. v. noī. maij. Exinde quasi per somnum in christum credidit: quē tamen vñ ex diis magnis reputauit. Deinde ad vrbem rediens: post aliqd annos leprie plagam incurrit: et a siluestro papa baptizatus anime corporisqz salutem et mīdatio nem percepit: vt dictū est supra in hystoria silvestri. xij. kalē. ianuarij. Qui primo die baptizati sui hanc legem dedit: vt xp̄s tanq̄ verus deus ab omni vrbē romana coleretur. Secunda ut si quis xp̄ianus fecisset iniuriam bonorum suorum parte dividia priuaretur. Quarta: ut sicut imperator: romane sic romanus pontifex caput ab iniuris episcopis habeat. Quinta: ut quicqz ad ecclesiā cōfugerit ab omnibus seruetur inimicis. Sexta: ut nullus nisi de licentia sui episcopi ecclesiāz cōstruat in aliqua ciuitate. Septima: ut ad edificationem ecclesiārum decime possessionum tribuitur. Octaua: ad sepulchrūm beati petri ventit: et defūsus culpis se lamentabiliter accusauit. Post modum arrepto bidente ad fundementum basilice construendum: terram primus apernit: et xij. cōphinos ad honore. xij. apostolorum in suis sc̄polis fozas eiecit. Posthū autē beatā helenā martrem suam ad xp̄m conuertit: vt dictū est supra in eadem legēda silvestri. Constantinus glorioſus princeps iusto in ordine et iha vice conuertit: edicatum siquidē statuit extra vīlā hominī cedē templa claudi: et xp̄ianorum ecclesiās aperiri: ac de nono cōstrui mandauit: christianiſqz dedit licentiam infirmul congregari. Sic q̄ post. x. annos in quibus a persecutoribz ecclesia versabatur: de persecutione christianus effectus: pacem ecclesiē indulxit: romā ecclesiā mirabilibus et insignibz prīmlegibz dotauit. Et ut alios ad ecclesiās edificandas induceret in proprio laterān. palatio ecclēsiā in honore salvatoris mīdi fabricauit. Quā et silvester papa publice cōfēctauit: vt dicetur. v. idū nouēbris. Deinde ut romanū pontificē excelsiū sublimaret: vrbē romā cū terris et oppidis ad eam pertinenteribz et omnibus dignitatibus imperialibz sedi apostolice cessit: et ipse cum principibz et nobilibz romano: um bizantium: que ciuitas erat bithynie se transtulit: quam et ad in-

star rome edificiis et magnitudine ampliata: ex nomine suo cōstātinop olim appellavit. Ibiqz sedē imperialē cōstituit. Unde et extū regio dicta est romania. i. rome noua. nō in grece latine dicit nouo. Post hec ch̄ licinius imperator quasi in constātini despectū qui xpianus effectus fuerat xpianus noua persecutiōe indixit: cōstātinus vir ingēs principati totius orbis affectans licenſiqz xpī fidel emulatorē detestas: eidē bellū intulit: quē primū in pānonia dēcīt. Deinde apud chīala opprēssit: ad demū crebris bellis deo sibi aduersante terra mariqz fugiente ad deditiōē coegit: priuatumqz iūsic occidit anno imperij sui xv. Quis oībus ministris iam nefarie persecutōis extīctis. Sicqz totius orbis principati in pace obtinuit: multasqz gentes diuersis preliis subiungauit. Innumerabiles in eo animi corporisqz virtutes clāruerūt. Militaris glorie appetissimus: fortuna ei in bellis p̄spēra fuit: industria sagacissimus: liberalibus artibus et ciuilibus deditus: insectori iusti amatoris quē sibi et liberalitate et docebilitate quesuit. In amicis et egregiis nulla occasione pretermittēt: quo opulētiores eos clarioresqz prestaret. Multas leges abrogauit: multasqz nouas edidit. Sacerdotes et ecclias super oīa honorauit: eo q̄ in iphis xpī se honorare testa retur. Illud vō qđ in hystoria tripartita legit: enī vsqz ad mortē distulisse baptisimū: et in nicea ciuitate in arriana fide baptizatū: mirabiliter abs horret a vero. Quis em̄ nisi mēte captus credidit tātū virū: sub quo nīcena synodus. cccxvij. patrū cōgregata est: in qua fides nīa recitata est: et arrius cū suis cōplicib⁹ dānatus: error se vellet mancipari dānato: maxime cum et arrius sc̄ret sc̄or patrū et sua auctoritate dānatur: et apud laodiciam dei iudicio turpisima morte multatum⁹. Sed et ecclia dei et oīs antique legēde approbant ipm a bō siluestro baptisimū suscepisse: et ob reuerentia xpiane fidei romanā v̄bem: et imperiale dignitatē romano pōtifici contulisse: et se ad editio candū cōstantinopolim trāstulisse: ibiqz imperiū cōstituisse: que ipm nedū baptizatū fecisse quis credit. Sed et quis eum rebaptizatū in arriana perfidia dicat: adhuc mitius credibile iudicatur: ut supra rationib⁹ suāsum est. Ea aut que mendose de constātino dicta sunt: de constāntino eius filio vera esse iūueniuntur: unde ppter eximiam quā habuit ad cultū xpī religionē et reverētiā ad clerū. creditur ab aduersarijs cōfictum esse. Nam beatus gregorius cū de ipso loquitur in registro eum bone memorie appellat. Et ambrosius dicit ipm esse magni meriti apud deum: q̄ primus iperator viā fidei et denotionis p̄incipib⁹ dereliquit. Isidorus etiam in chronicis suis hoc reprobans omnino dicit eum feliciter terminasse: vnde greci eum catalogo sancto: um annumerant: vt dictum est: et festum de ipso solemniter agunt. In alia autē hystoria legit ipm ab eusebio papa baptizatū fuisse: quod similiiter false cōscriptū apparet. Et post eusebiū melchiadē papā a p̄fecto: bis tanquim per martyriū vitam finiūsse constet: quod sub christiano augusto dī facere nullatenus p̄sumpsisset. Cōstantinus igitur apud nīcomedias

cum in persidas bellū oxiretur: morbo oppressus rempublicā bene dispositū filii tradens quietuit in pace. xij. Kalen. iunij. Anno impī sui. xxij. etatis vero. lxxij. Sepultus in vībe regia eius nomi ni dedicata. Hic glōriosus princeps fecit basilicas istas in vībe rome. Videelicet basilicam dñi salinoris in p̄prio laterā. palatio vt dictū est. Basilicā cōstantinā: vbi baptizatus est: vbi et fonte propheticō lapide constituit ex argento mirabiliter ornatū: quā in honore iohānis baptiste ecclesie lateranē appendicā esse voluit. Basilica beati petri apostoli in tēplo apollinis: cui lo culū auro et argento insigniter conterit. Basilicā beati pauli apli extra muros in via ostien. cuius etiā loculū exornauit. Basilicā in palatio syriano ī cognominat sancta hierusalē in honore venerab⁹ crucis: vbi et de ligno crucis dñice locauit. Basilicam sancte agnetis ex rogatu constantie filie sue extra muros via numentana. Basilicam beati laurentij martyris extra muros via tyburnia in agro verano: vbi sepultus est. Basilicam. xij. apostolorū intra vībē. Basilicā beatoꝝ macellini et p̄etri: vbi corpus beate matris eius quiescit. Basilicā apostolorū petri et pauli et iohānis baptiste ī ciuitate ostien. iuxta portū vībis. Basilicā sc̄ti iohānis baptiste ī ciuitate albaneñ. Basilicā aploꝝ in vībe capua quā cōstantinā nōlauit: et alias plus res quas oīs sacris vasīs et vestib⁹ et aliis ad diuinū cultū p̄tinentib⁹ infiniti p̄cū predotauit.

Gde sancto Hospitio confesso. Cap. xvij.

Hospitius Con-

fessor: vir domini apud nīceriā



inclusus ferro ad carnē accutus cōmuni tēpore modico pāne et dactilis escebatur: in qua dragesima vero solis radicibus berbarī vtebatur: vt de eo scripsit paulus longobardoꝝ hystoriographus lib. iiij. Dic spū prophētico dotatus aduentum longobardorum longe ante p̄dictū. Quos cum adesse cognosceret: omnes fratres suos emittens solus remansit: longobardī vero ferocissimi ad locum venientes: vt intrarent aditum querentes: sed minime inuenire valētes ascenso tecto descēderent ad virū dei. Quem vt ferro vinctum resperiūtexistimauerint eum esse reum aliquē ibidem ex culpa reclusum. Sed cum ipsum unius eorum gladio ferire veller: brachium sibi arefactum est. Qui mox vt veniam petiit: sanctus eum illi co sanauit: et conuersum ad christum monachum fecit. Qui etiā vībū dñi lōgobardis fidicās plures ex eisdē dño acquisivit. Quietuit in pace. xij. kalen. iunij.

Gde sc̄tis Timotheo et polio. et eutychi⁹ marty. Cap. xvij.

Timotheus: po-

lius: et eutychius martyres apud

mauritanā cesarien. passi sunt.

Qui in p̄fata regione verbi dñi vndiqz dissemiantes glōriosos



De sanctis in mēse maij occurrē. Fo. cxvij.

martyrio pariter coronari meruerūt. xij. kalē. iunij. vt. ait Aldo in martylogio a hieronymo sūp̄to.

De sancta Julia virgine et maria tyre.

Lap. xxix.



Julia virgo et

martyr; ex ciuitate carthaginē. cū dicta vrbs capta et subuersa fuisset: captiuā ducta fuit: q̄ sorita cū alijs concaptiis deuenit in seruitutē ciuitā eusebī gentilis nobilis palestini; cui diligētissime famulabatur spacio quo poterat ieiunijs et orationibus vacās. Enqz dñs eius p̄tus xp̄ianā ob eius gratiā seruitiū diligebat. Lū autē ad gallias cū mercibus tenderet et in capite coſſe cū nauī applicuisset: ancillāqz feci deduxisset: contigit in ipso loco gentiles, dīs suis solētā celebraz. Et dñ raz nante q̄ navigantes cū incolis insule ad sacrificia deorum accederent: sola iusta remansit in nauī. Lōpero q̄ xp̄iana esset felix quidam tribunus petiit ab eusebio ancillam eius pro quattuor ex suis comutari: ad hoc solum ut ea sacrificare cōpelleret. Quod cum ille propter eius gratum servitū omnimode recusaret: into conuiuio naute ex industria eusebii inebriarunt. Qui dormitante iuliam rapiunt: et sacrificare nolentem alapis cedunt: crīnibus torquent: et dudum flagellant: tandem crucifixum confitente cruci confi guntr̄bi post morulam spiritū emisit. xj. kalē. iunij. Monachī autē quidā qui in insula marmarica que vulgo gorgona dicitur habitabant divina revelatione moniti nauē ascendentēs corsicā denenerūt: et corpus martyris xp̄i tollētes celerrime redierūt: et in eoz insula sepelierūt: qd tamē p̄cessu tēporis aīca regina vrox desideriū longobardorum regis inde brixiaz transfluit: et in monasterio eius nomini fabricato honorifice collocauit.

De sanctis Casto et Emilio martyribus.

Lap. xxx.



Castus et Emili⁹

martyres in aphyrica passi sunt. Qui ut scribit beatus Ciprianus libro de lapsis propter verbi ſidei confessionem per ignem conflagrati passionis martyriū cōſu manerunt. xj. kalē. iunij.

De sancto Desiderio ep̄o et fočis martyribus.

Lap. xxix.



Desiderius ep̄i

scopus lingonē. tēporibus horū et theodosij imperatorū martyriū passus est. Nam dum vanda li lingonē. ciuitatem dudū obfessum debellarenſ. Sanct⁹ eph̄ murū ascendens p̄ suo grege clementiā postulabat. Vandali v̄rbem intrantes: et multitudinē ciuium christiū confitentiū truci dantes: ep̄iscopū in ecclesia p̄o populo orantem

reperientes ceperunt: et suo duci homine cresco presentauerūt. Qui cū se libentissime morti obtulisseſ: dum illi residuo populi parcere vellent: eductus ex vrbe decollatur: nulla ppter hoc erga ḡem misericordia peccatis exigentibus exhibita. Lū autē spiculat̄: ep̄iscopi portam ybis intra reuellet: capite illuso mox expirauit. Statimqz saxis irruētibus ianua adeo obſtruitur: vt nulli deinceps p̄ ipsam aditus patere posset in testi- niū martyris christi nulli licere ostendens ut p̄ fa- nuam illam intraret paganus: vnde sanct⁹ ep̄iscopus exiuerat decollandus. Dum etiā ipse gladiat̄or christi martyre percussisset in libro diuino ibi dem aperto sanguinis nōnille gutte stillat̄es plura folia perforarunt litteris omnino illesis: qui usqz hodie in testimonij cōſeruantur miraculi. Sed paulopost Eras̄cus in ciuitate arelatēſt a suis caput et hostibus traditus crudeli nece perēptus est. Sanctus vō desiderius sepultus est lingonis miraculis clares. Inter que si quis intra ecclēſie ſue ſepta falſo iurare ſcīcte nitit: celeſti mox vſione puniſ. Passus est aut̄. x. kalē. iunij.

De sancto Desiderio alio ep̄iscopo et martyre.

Lap. xxxi.



Desiderius epi

scopus lugdūn. cū vita celebris mirabilibus fulſit: passus ē in eo deę territorio lugdunensi: villa pr̄ſtipiano: cuius corpus modo ſepultū veneratur in ecclēſia viē nensi. ſekundqz eius ibidē. x. la- lendas tunij recolitur.

De sancto Theopōpo ep̄iſcopo et martyre.

Lap. xxix.



Theopōpus epi

scopus nicomedien. in eadē ciuitate paſſus, est cū quodā ſeneca. sub diocletiono augusto: qui primo anno iperis ſui illuc accedēs. iuſſit fieri ſtatua ex auro apollinis et artemis: et eas in tēplo p̄ducas a cōficiis adorari. Enqz theopōpus ep̄iscopus ad phanū eductus ſimulacra adorare non luuiſſet missus est in clibanū ignis: in quo die et nocte ille ſus permaniſt. Nocte vō inde extiens luce, celeſti preuiſ ad palatiū diocletiani deuenit: oibusqz iauis reſeratis diuinit̄ vsqz ad lectū ſuū accessit: ſeqz viuentē pteſtant ad clibanū rediſt. In cuius medio mane pſallens et omnino inuictus reperitus est. Quod dñ imperator magis ipſius ascriberet et experiretur canē in furnū mitti fecit: qui ſubito incenſus est. Post hec theopōpus diebus. xxi. in carcere ſine vlo cibo detinetur: sed a domino cōfortatus vultu hilari inde producitur. Tunc iuſſu imperatoris oculus ſibi dexter effodiuit: ſed ipſo ad carcere redeunte ſibi a dño reſtituitur. Quod dum diocletianus iterū artibus magicis depuſaret: acceſſit ad ſe quodā egyptio maximo mago theona nomie induxit ei ad ep̄ifcopū ſuis preiſtis occidentiū: voluit tamē primo artē eius vide-

Liber

re. Qui tamn serocissimn ad se ductn du in ante
ipsius aliquaverba dirisse: subito in duas partes
discerpsit: que in lance ponderat equaliter pesa
uern. Sic magus theopopo obtulit spirulas fa
mulae artis magice: et venenu in calice demonis
plenn. Et cn ille hec oia sine lesionе gustasset: ma
gus conuertit: cn eo carceri traditus ab eode ba
ptize. Nomenqz sibi senesius sponfit: inde sanctus
eductus et in terra supinu extensus atqz ad stipe
tes ligatus lapis magnus ab octo viris porta
tus: ventri eius superponit: sed elevatus lapis a
seipso ultra. xv. cubitos diuinitus psilunt. Dehinc
in eminenti suspensas pedibus: capite deorsum
saxoqz ingenti ad eius cervicem alligato: fume quoqz
quo tenebatur preciso: ut raptum tractus ad terram
distruperet: sine ulla lesionе in pedibus steret. No
nissime autem decollatus est. Senesius vero in defes
so terre positus: humoqz opertus equis super
inductis: ut calcibus terram premeret: migravit ad
xpm. Quorundam corpora nocomedie in eodem tumu
lo sepulta sunt. x. kal. iunij.

De sancto Manaem disci
pulo. Cap. xxvii.



**Manaem disci
pulus.** herodis tetrarche colla
ctaneus fuit. De quo scribitur
Actu*m*. xiiii. cap. Dic fidei catho
licae doctor et propheta sub g*ra* no
ni testam*en*t apud antiochiam in
xpo quietuit. ix. kal. lunij. ut dicit
Hieronymus in martyrologio set*o*.

De sancta Johanna uxore chu
ze discipula. Cap. xxv.



**Johanna disci
pula** de qua commemoratur Luc.
vlti. cap. que cn tribus marth*s* circa
sepulturam dominu legitur fuisse
sollicita. Hec fuit uxor chuze pro
curatoris herodis antipe: quod fuit
tetrarcha galilee: ut hec post ase
fionez dominis cn discipulis fuit:
eisqz sedule ministravit: et apud
bierosolymam in pace quietuit. ix. kalendas lunij. ut
dicit Hieronymus ubi supra.

De sancto Seruilio martyre. Cap. xxvi.



**Seruilius mar
tyr** passus est temporibu numeria
ni imperatoris in ciuitate terge
stina sub iunillo fidei. Qui nobis
libus eiusdem parentibus et xpianis ore: profe videlicet Eu
logio: matre clementia: ab annis
puerilibus in fide doce deo ser
uiens ecclesias frequentabat et
in oratione persistebat. Et cn an
noz esset. xii. extiens ciuitatem in speluncam anno uno
et mesibus. ix. latuit heremitica vitam dicens. Deinde
de celesti voce admonitus ut parentes reuiserent:
qui esset ubiqz proquirebant ad ciuitatem deuenient: me
dioniz itinere mire magnitudinis serpentem inven

Quintus.

nit. Quem primo quidem videns expauit: postea autem
confusus in christo signis crucis edidit: et exuflauit in serpente. Statimque coluber per medius cre
puit: ventensisqz ad parentes letanter suscept eis
cuncta que sibi contingenter enarrauit. Post dies
modicos eulogius mortuus est: et seruulus cum ma
tre vidua morabat: et miraculis coruscabat. **G**lio
ciuiusdam cuius a demonio vexabat clamante de
mone per os pueri: quod si puer ad seruulum ducere
tur: statim immundus ab eo spiritus ejaceret. Quem
cum dudu*r* requisissent: parentes pueri ad seruulum
deduxerunt: et que demon dixerat narrauerunt. Sta
timque spiritus pueri elidens cepit dentibus frende
re: et spumans ipsum diutius agitare. Seruulus
vero inuocato nomine trinitatis immundus confessim
spiritu ab eo eiecit: et ipsius cum parentibus ad xpm
conuerterit. **N**icdu*r* quedam famosa nomine fulge
tia filium habens grauiter febricitante venies ad
sancti iuueniez pro salute filii supplicabat. Qui do
mum eius ingressus oratione premisa egrotantis
manu tenuit: morisqz ipsum liberatam a febre de le
pto pdixit: et una cum matre ad baptisim*m* gratia po
duxit. **Q**uidam domu*r* costruens alto ceciderat:
qui seminius lacebat. Quem in lectulo leuatus ser
uulo obtulerunt: qui pro eo ad xpm orauit: et appre
hensa eius dextra ipsum illico incolumente eleua
uit. Sed quacumque decreti valitudine ad eum concurre
rentes sanitatem cosequebatur: multiqz gentilium
conuertebatur. **D**enique tentus a iunilio preside
ut idolis immolare: cum sacrificare contempset:
primo nervis ceditur: dehinc in equilevo suspen
ditur et torquetur: eiusqz latera yngubis lanian
tur. Et post hec depositus oleo feruenti perfundi
tur: sed in his omnibus constantior redditur. Et
cum preses putaret quod magicis artibus supplicia
suparet: lotio fetenti ipsum lauari iussit: ut sic mo
re gentili maleficia expellerent. Sed virtus diu
na fetore in balsami fragrantia in naribus omnissi
comutauit. Et cum popul*m* ipsum innocentem clama
ret: preses timore multitudinis ipsum extra vires
educiti gladio inugulari fecit. Cuius corpus mater
cum oibus per eum conuersis in eadem ciuitate omni
leticia sepeliuit. ix. kalendas iunij.

De sanctis Donatianis et Rogati
ano martyribus. Cap. xxviii.



**Donatianus et
rogatianus** fratres in gallis ciu
itate namnetis temporibus dioce
tiani et marimiani passi sunt. Qui
cum in dicta ciuitate residerent:
et precepta imperatoris christia
nos ad immolandum cōpellēta au
diuissent. **D**onatianus iam senex
germanum corde fideles baptisari
cupiebat: ante quod persecutor de quo intellexerant:
ad urbem attingeret: sed tamen cum propter sa
cerdotis absentiam baptismum habere non posset:
ambo fratres ad dominum orauerunt: ut martyrum
rogatiano pro baptismo succederet: quod et factum est.
Nam ambo comprehensi et in catasta extensi ac la
niati: deinde lancea militari perfocti: nouissime ca
pite ceci sunt nono kalendas iunij.

De sanctis in mense maij occurren. Fo. xvij.

De sanctis Anolino et socijs mar-
tyribus. Capitulum. xxviiij.



Anolin' custos

corcerii erat sub pfecto vrbis al-
machio tempore maximiani. Cum
autem almachius vrbani papam
detentum in carcere custodie ad anolino tradidisset: et sermones
sancti pape anolinius cum tribus
tribunis audiuerisset conuersi sunt
ad christum: et ab urbano pontifice
in carcere baptizati. Quod prefectus coperiens
anolinum teneri fecit: et sacrificare nolentem con-
fessum iussit capitale; subire sententiā. Tribunos
vero xpm confitentes: primo quidem grauitate la-
niatos ad sacrificia duci mandavit. Sed audiens
eos in idolum conspuisse: ipsos eodez loco decol-
lari precepit. Qui passi sunt. ix. kalen. iunij. sepul-
